

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**In epistolam Iohannis tractatus decem - Cod. Aug. perg.
227**

Augustinus, Aurelius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Augustini in epistolam Iohannis ad Parthos tractatus decem

[urn:nbn:de:bsz:31-67396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67396)

CCXXVII

1

Qui sunt. In primis quos conuertit

Quintus huius

INCIPIUNT OMELIÆ
BENI AGUSTINI EP
INE PISTOLAS SANCTI IOHANNIS
APOSTOLI NUMERO DECIMO

De miniter scilicetitas uestra euangelium
secundum iohannem ex ordine lectio
num nos solere tractare. Sed quia nunc in
terposita est sollempnitas scilicetorum dierum
quibus certat ex euangelio lectionis oportet in
anclesia recitare. Que ita sunt annue
ut alie esse non possint. Ordo ille quem susceper
ramus necessitate paulolum intermissus est
non amissus. Cum autem cogitarem quid se
cundum hilaritatem presentium dierum per
hanc ebdomadam uobiscum descripturis age
rem quantum dominus donare dignatur quod possi
mus istis septem uel octo diebus finire. Occurrit

mibi epistola beati iohannis. Et ceteris euā-
 gelium paulolam intermisimus. Ius episto-
 lam tractando. Ab eo non recedamus. Presertim
 quia in illa epistola satis dulcor omnibus quibus sanū
 est palatum cordis ubi sapit panis dei. Et satis
 memorabile in scā aēclesiadi maxime caritas
 commendatur. Loquitur ut est multa & prope
 omnia de caritate, quæ habet in se unde audiat.
 Necesse est gaudeat ad quod audit. Sic illi
 enim merito lætatio ista tamquam oleum inflamma;
 Si est tibi quod nutriatur. nutritur. & crescit
 & permanet. Item quibusdam sic eō debet tā
 quam flamma ad fomitem. Ut si non ardebat.
 accedente sermone accendatur. In quibus-
 dam enim nutritur quod est. In quibusdam
 accenditur sicut est. Ut omnes in una carita-
 te gaudeamus. Ubi autē caritas ubi pax
 ibi pax. & ubi humilitas. ibi caritas. iam
 ipsū audiamus. & ad eius uerba quedam sug-
 gerit. Et iam nobis ut bene imellegatis loque-
 mur. Quod erat ab initio quod audimus



& quod uidimus oculis nr̄is & manus nr̄e tractaue-
runt de uerbo uitae. Quis est qui manib; tractat
uerbum. Nisi quia uerbum caro factum est &
habitaui in nobis. Hoc aut̄ uerbum quod caro
factum est. ut manib; tractetur. Coepit ea
caro ex uirgine maria. sed non tunc coepit uerbu
quia quod erat ab initio dixit. Vide & si non
ad testatur epistola sua euangelio suo. ubi modo
uidistis. In principio erat uerbum & uerbum
erat apud dm̄. & dr̄ erat uerbum. Forte
de uerbo uitae sic quisq; accipiat. quasi locuti-
onem quandam de xpo. non ipsum corpus xpi
quod manib; tractatum est. Vide quid sequat̄.
& ipsa uita manifestata est. erat enim ab initio.
sed non erat manifestata hominib;. Mani-
festi aut̄ erant angelis uidentib;. & tanquam pa-
ne suocibantibus. Sed quid ait scriptura.
panem angelorū manducauit homo. Ergo
manifestata est ipsa uita in carne. Quia in
manifestatione posita est. ut res. que solo
corde uideri potest. uideret̄ & oculis. ut conu-

Sancti, Solo enim corde uidetur uerbum.
 Caro autem & oculis corporalibus uidetur, Inter
 unde uideremus carnem sed non erat unde
 uideremus uerbum. Factum est uerbum caro.
 quam uidere possemus. *Nesciamus* & ur inno
 bis. unde uerbum uideremus, Et uidimus
 inquit & testes sumus. Forte aliqui fratru
 nesciant qui grece non norunt. Quid sunt
 testes grece & usitatum nomen est & religiosu
 omnibus; quos enim testes latine dicimus.
 Grece martires sunt. Quis autem non audiuit
 martires. aut in cuius christiani ore non coti
 die habitat nomen martirum. Atque utina
 sic habitet & in corde. ut passiones martiru
 imitemur. Non eos calcibus persequamur.
 Ergo hoc dixit. uidemus & testes sumus. uide
 mus & martires sumus. Testimonium enim
 dicendo ex eo quod audierunt ab his qui uider.
 Cum displiceret ipsum testimonium hominibus.
 aduersus quos dicebatur. passisunt omnia.
 que passisunt martires. Testes dei passisunt

Dī testes uolunt habere homines. Uti & homines
habeant testem dñi. Uidemus inquit & testes
sumus. Vbi uiderunt in manifestatione. Quideſt
in manifestatione. in sole id est in hacluce. Unde
autem potuit uideri in sole qui fecit solem. Nisi
quia in sole posuit tabernaculum suū. & ipse
tamquā sponsus procedens de thalamo suo. Exul
tauit ut gans ad currendam uia. Ille ante so
lem qui fecit solem. Ille ante luciferum. ante
omnia sidera. ante omnes angelos uerus crea
tor. Quia omnia per ipsum facta sunt. & sine
ipſū factū est nihil. Ut uideret oculis
carneis qui solem uident. Ipsum tabernaculū
suū in sole posuit. id est carnem suam
in manifestatione huius lucis ostendit;
Et illius sponsi thalamus fuit uterus uir
ginis quia in illo uero uirginali conuinc
ti duo sponsus & sponsa sponsus uerbum
Sponsa caro quia sic scriptum est. Iterum
duo in carne una. Et dñs dicit in euan
gelio Igitur iam non duo sed una caro;

Isaia optime nominat iuuenē ipsos duos
loquatur enim ex persona xpi & dicit. Sicut
sponso inposuit mihi mirram. & sicut spon-
sum ornavit me ornamento. Unus uidetur
loqui & sponsum se fecit & sponsam se fecit.
Quia nondū sed unacaro. Quia uerbum caro
factū est & habitavit in nobis. Illicarne
adiungitur ad ecclesia. Et fit totus xps caput
& corpus & testes inquit sumus & adnunti-
amus uobis uitam aeternam que erat apud
patrem. & manifestata est in nobis. Hoc
est manifestata est in nobis. Quod aper-
tius diceretur manifestata est nobis. Que
ergo uidimus & audiuimus. nuntiamus
uobis. Intendat caritas uestra que audi-
uimus & uidimus nuntiamus uobis. Illi
uiderunt ipsam dnm presentem in carne.
Et audierunt uerba ex ore dmi & adnuntia-
uerunt uob. Et nos ergo audiuimus sed non
uidemus. Minus ergo sumus felices quam illi
qui uiderunt & audierunt. & quomodo ad

iungit. Ut & uos societatem habeatis nobiscum.
Illi uiderunt nos non uiderunt. & tamen socii sumus
quia fidem communem tenemus. Nam & qui
dam uidendo non credidit & palpare uoluit & sic
credere. Et ait non creda nisi digitos meos no-
sero in locum clauorum & cicatrices eius tetigero.
Et prebuit se extempore palpandum manibus
hominum. Quis emp se prebuit uidentibus
angelorum & palpauit ille discipulus & ex-
clamauit. Dñs m̄ & dñs m̄. Qui tetigit homi-
nem confessus est dñm. Et dñs consolans nos qui
xpm iam in caelos edentem manum contractare
non possumus. Sed fide contingere. Ait illi
quia uidisti credidisti. Beati qui non uident
& crediderunt. Nos descripti sumus. nos
designati sumus. Fiat ergo in nobis beatitudo
quam dñs praedixit futuram firme teneamus.
quod non uidemus. quia illi nuntiant qui uide-
runt. Ut & uos inquit societatem habeatis
nobiscum. & quid magnam habere societatem
cum hominibus nolite contempnere. uide...

5
quid addat. & societas nostra sit cum dō patre
& ihū xpō filio eius. Hæc inquit scribimus
uobis ut gaudium nostrū sit plenū. plenum
gaudium dicit. in ipsa societate. in ipsa caritate
in ipsa unitate. & hæc est inquit adnuntiatio
quā audiuimus ab eo & adnuntiamus uobis.
Quid est hoc ipsi uiderunt. contractauerunt
manib; uerbum uite ab initio erat. Ad tempus
uisibilis & palpabilis. factus est unicus filius dī.
ad quā rem uenit. Uel quid nobis nouum
nuntiauit. Quid docere uoluit. quare fecit
hoc quod fecit. ut uerbum caro fieret. ut dī sup
om̄a indigna ab hominib; pateret. Ut alapas
eorū sustineret de manib; quas ipse ornauit.
Quid uoluit docere quid uoluit ostendere.
quid uoluit adnuntiare audiamus. Nam sine
fructu precepti auditio rei gestæ. Qui natus
est xpr̄. & quia passus est xpr̄. auocamentum
mentis est non firmamentū. Quid magnam
audis quo fructu audias uide. quid uoluit do
cere quid adnuntiare audi. Quid dī lux est

inquit & tenebre in eo non sunt ulle. Adhuc
lucem in eo nominavit. Sed obscura sunt
verba. Bonum nobis ut ipsa lux quam
nominavit inlustrat corda nostra & videamus
quid dixit. Hoc est quod admittimus quia
dicitur lux est & tenebre in eo non sunt ulle. Quis
enim audiret dicere quia in deo sunt tenebre.
Aut quid est ipsa lux. aut quid sunt tenebre.
nec forte talia dicat. Quae ad oculos istos nos
pertineant. Quae lux est. aut nescio quis.
& sol lux est. & luna lux est. Aliquid de se
debet longe his manus. longeque prestanti
us. longe super eminentius. Quantum deus
a creatura quantum conditor a conditione.
Quantum sapientia ab eo quod factum est.
Per sapientiam longe ultra omnia debet esse
lux ista cognoverimus & ad eam nos ad
plicaverimus. Ut ex ipsa inluminemur.
Quia in nobis tenebre sumus. & ab illa in
luminati possumus esse lux. & non confundi
de illa quia de nobis confundimur. Quis est

quidam confunditur. quia ab illa inlumina-
 tur. Quid est ab illa inluminari. quia
 uidet se perierat in tenebris & cupit ab illa
 inluminari. ad eam ad illam. unde dicit.
 & psalmus. accedite ad eum & inlumi-
 nati. & uultus uestri non erubescunt. Sed
 non erubescet de illa. Si quando tibi refo-
 dum ostenderit displiciat tibi foeditas tua
 ut percipias pulcritudinem ipsius. hoc est quod
 uult docere. & fortasse pro prope illud
 nos dicimus ipse hoc manifeste in conse-
 quentibus. memento in principio sermonis
 nostri quia epistola ista caritatem commendat.
 Quia lux est inquit & tenebre in eo non sunt
 ulla. & quid superius dixerat ut societatem
 habeatis nobiscum. & societas nostra sit cum pa-
 tre & filio eius ihu xpo. Porro si lux est
 & tenebre in eo non sunt ulla. & societatem cum
 illo debemus habere & a nobis pellende sunt
 tenebre ut fiat in nobis lux. Nam tenebre
 cum luce societatem habere non possunt. Ideo

uide quid scripta tur. Quod si dixerimus
quia societate habemus cum eo & in tenebris
ambulemus mentimur. Habes & apos
tolum dicentem paulum. Nunc quaesoti
scias lucem ad tenebras. Dicit te societate
habere cum deo & in tenebris ambulas
& dicitur lux est & tenebre in eo non sunt
ullae. Quomodo est ergo societas luci
& tenebris. Jam ergo dicat sibi homo.
Quid faciam. uide enim lux in peccatis
& iniquitatibus uiuo. quasi subripit que
dam desperatio & tristitia. Sicut lux nul
la est nisi in societate dei. dicitur lux & tenebre
in eo non sunt ullae. Peccata autem tenebre
sunt. Sicut dicit apostolus diabolus & an
gelos eius horum tenebrarum rectores esse.
Non dicere rectores tenebrarum nisi recto
res peccatorum. Dominatores iniquorum.
Quid ergo facimus fratres mei societas
cum deo habenda est. Alia spes uitae ad eter
ne nulla est. Dicitur lux est & tenebre in eo

non sunt ulla. Iniquitates autē tenebre sunt
 iniquitatib: premumur ne sociatē cum dō
 habere possimus. Quae ergo spes nonne pro
 miseram aliquid melocuturum istis diebus quod
 gaudium faciat. Quasi non exibeo tristitia est
 ista. Quasi lux est & tenebre in eo non sunt ulla
 Peccata tenebre sunt. Quid erit nobis audiā
 ne forte consolētur. Erigit dē spem ne defi
 ciamus in uia. Currimus enim & ad patriā
 currimus. & si nos puenituris desperamus
 ipsa desperatio ne deficiamus. Ille autem qui
 nos uult puenire ut conseruet in patria pascit
 in uia. Audiamus ergo quod si dixerimus
 quia sociatē habemus cum eo & in tenebris
 ambulemus mentimur. & non facimus ueri
 tatem. Non dicamus quia sociatē cum
 illo habemus sunt tenebris ambulamus. Quod
 si in lumine ambulamus sicut & ipse est in lu
 mine. sociatē habemus cum in uicem.
 In lumine ambulemus sicut & ipse est in lu
 mine. ut possimus sociatē habere cum illo.

Quid facimus de peccatis audi quod sequitur.
& sanguis ihu xpi filius purgavit nos ab omni
delicto. Magnam securitatem dedit de merito
pascha celebramus. Ubi fusus est sanguis dñi
quo purgamur ab omni delicto. Simus securi
cautionem contra nos seruitutis diabolus tene
bat sed sanguine xpi delicta est. Sanguis in
quit filius purgavit nos ab omni delicto.
Quid est ab omni delicto ad tendite. & ceum
in nomine xpi p sanguinem crucis xpi. Quem ne
confessi sunt isti qui appellantur infantes munda
ta sunt a ma peccata ipsorum. Uideres intraue
runt noui exierunt. Quid est uideri intrauer
noui exierunt. Senes intrauerunt infantes
exierunt. Senectus enim uelerosa uelusta
uita. Infantia au generationis noua uita.
Sed quid facimus preterita peccata donata sunt
Non tantum ipsi sed & nobis. & post donationem
& abulitionem omnium peccatorum. uiuendo
in hoc seculo inter temptationes quedam forte con
tracta sunt. Ideo quod potest homo faciat

8
spe confiteatur quod est ut ab illo curatur qui
semper est quod est. Ipse enim est & est nos non
eramus & sumus. Uide enim quid dicat. Quod
si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos
seducimus & ueritas in nobis non est. Ergo si te
confessus fueris peccatorem est in te ueritas.
Nam ipsa ueritas lux est. non dum peccata splen-
dunt uita tua quia insunt peccata. Sed tam en-
im in luminare coepisti. Quia in est confessio. pecca-
torum. Uide enim quid sequatur. quod si con-
fessi fuerimus delicta nostra fidelis est & iustus.
Ut dimittat nobis delicta nostra & purget nos ex om-
ni iniquitate non tantum peccata sed & si qua
forte contraximus ex hac uita. Quia non po-
test homo quam diu carnem portat nisi habere uelle
uia peccata. Sed ista leuia quod dicimus. noli
contempnere si contempnis quando ad pendis
ex paupere quando numeras. Leuia multa
faciunt unum grande. Multae guttae im-
plent flumen. multa grana faciunt
massam. Et que spes est ante omnia confessio.

Ne quisquam se iustum putet & ante oculos
di quuid & quod est erigat ceruicem homo qui
non erit & est. Ante omnia ergo confessio de
inde delictio quia de caritate quod dictum est.
Caritas cooperit multitudinem peccatorum.
Iam uideamus si ipsam caritatem commendat
propter subrepentia delicta. Quia sola cari-
tas extinguit delicta. Supbia extinguit
caritatem. Humilitas ergo roborat caritatem
Caritas extinguit delicta. Humilitas perti-
net ad confessionem quia confitemur nos pec-
catores esse. Ipsa est humilitas. non ut dica-
mus illud lingua quasi propter arrogantiam
Ne displiciamus hominibus: si nos iustos esse dixe-
rimus. faciunt hoc impii & insani. Scio qui-
dem quia iustus sum sed quid dicturus sum
ante homines si me iustum dixerit. Quis ferat
quis tolerat. Apud deum nota sit iusticia mea
Ego tamen dicam me peccatorem. Non quia
sum sed ne arrogantia odiosus inueniar dic-
turus hominibus: quod est dicere quia si non dix-

eris dō quod et damnat dī quod in te inuenit.
 Non ut ut ille damnat & tu damnata ut ut ille agnos-
 cat tu agnosce. Ut possis dicere dō auer te faci-
 em tuam a peccatis meis. Dic illi & iam illa uer-
 ba in ipso psalmo. Quō iniquitatem meam ego
 agnosco. Quod si confessi fuerimus delicta nostra
 fidelis est & iustus quid mittat nobis debita nostra
 & purget nos ex omni iniquitate. Quod si
 dixerimus quia non peccauimus mendacem faci-
 mus eum & uerbum eius non erit in nobis. Si dix-
 erimus non peccauimus illum facis mendacem cum
 te uis facere ueracem. Unde fieri potest
 ut dī mendax sit & homo uerax. Cum contra-
 dicat scriptura. Omnis homo mendax dī
 solus uerax. Ergo dī p̄ se & ipsum uerax tu p̄
 dī uerax. Nam p̄ te mendax. & ne forte
 impunitatem uideretur dedisse peccatis. Quia
 dixit fidelis est & iustus qui mundat nos ab om-
 ni iniquitate. Et dicerent iam sibi homines
 peccemus securi faciamus quod uolumus.
 purgat nos xp̄i fidelis est & iustus purgat

nos ab omni iniquitate tollet tibi mala
securitatem & inserit utilem timorem
male uis esse securus sollicitus esto fidelis
est enim & iustus ut dicitur tunc nobis deli-
ciantia; Si semper tibi displiceas & inuideris do-
nec perficiaris. Ideo quid sequitur. Filii
mei haec scribo uobis ut non peccetis; Sed for-
te subreptum de uita humana peccatum quid
ergo fide iam desperatio erit. audi. Et si quis in-
quit peccatorum aduocatum habemus ad patrem
Iesum Christum iustum & ipse propitiator est peccatorum
nostrorum. Ille est ergo aduocatus dat ope-
ram tunc peccat; Sicut infirmitate uita sub-
reptum peccatum continuo uide committit
displiciat continuo damna & cum damnauerit
securus adiudicem uenias ibi habes aduocatum
Nolite timere ne perdat causam confusionis uestrae.
Si enim aliquando in hac uita committit aut se hor-
deserit lingue & non peccat committit aut se uo-
to & periturus est clama aduocatum habemus
ad patrem; Videte ipsam iohannem scribit

tem humilitatem; Certe uir iustus erat
 & magis nunc quidem peccato redni ministro
 rum secreta bibebat ille ille quidem peccato
 redni bibendo diuinitatem ruciauit; In prin
 cipio erat uerbum & uerbum erat apud dm. Ille
 datus uir non dixit aduocatum habere ad
 patrem. sed si quis peccauerit aduocatum inquit
 habemus. Non dixit habetis. Nec me habe
 tis dixit. Nec ipsum xpm habetis dixit; Sed
 & xpm posuit non se. & habemus dixit non
 habetis; Maluit sponere in numero pecca
 torum ut haberet aduocatum xpm. Quam
 ponere se pro xpo aduocatum & inuenire inter
 dam nando superbus. frater ihm xpm ius
 tum ipsum habemus ad patrem. Ipse pro peccati
 o est peccatorum nostrorum; Hoc qui
 tenuit haerese non fecit; Hoc qui tenuit
 schisma non fecit; Unde enim facta sunt
 schismata. Cum dicunt homines nos iusti
 sumus; Cum dicunt homines nos sanctificamus
 immundus; Nos iustificamus impios; Nos

peccamus. Nos in peramus; Iohannis autem
quid dicit; Et si quis peccaverit advo-
catum habemus ad patrem in christum iustum;
Sed dicit aliquis. ergo sancti non peccant pro
nobis; Ergo episcopi prepositi non peccant pro
populo; Sed attendite scripturas & videte
quia & prepositi commendant se populo;
Nam apostolus dicit plebi. orantes
simul & pro nobis; Orat apostolus pro
plebi. orat plebs pro apostolo. Ora-
mur pro vobis fratres & sed & vos orate
nobis. In vicem pro se omnia membra
orent; Capud pro omnibus; inter pel-
le. propter ex non mirum quia sequit
& hic & claudit ora diuidentibus &
clesiam dei; Quia dixit in christum
habemus iustum & ipse pro peccato
peccatorum nostrorum; Propter
illo qui sed in iustis erant & dicitur;
Ecce hic est christus ecce illic & velle
ostendere in parte eum qui emittit

tum & possedit aeternum; Continuo sequi
 tus est. Non tantum morum sed & totius
 mundi. Quid est hoc frater certe inuenimus
 eum in campis saltuum. Inuenimus & de
 sia in omnibus gentibus. & ecce christi propitiatio
 est peccatorum nostrorum. Non tantum nostrorum
 sed & totius mundi. & ecce habes & ecclesiam
 pro totum mundum. Noli sequi falsos iusti
 ficatores & ueros precisores. In illo monte est qui
 impleuit orbem terrarum. Quia christi propitia
 tio est peccatorum nostrorum. Non tantum nostro
 rum sed & totius mundi. Quem suo sanguine
 comparauit. & in hoc inquit cognoscimus eum
 si mandata eius seruauerimus. Que mandata
 quid dicit quia cognoui eum & mandata eius non
 seruat mendax est & in hoc ueritas non est.
 Sed adhuc queres quae mandata. Qui autem
 seruauerit inquit uerbum eius uere in hoc
 perfecta est dilectio dei. Videamus ne ipsi
 mandatum dilectio uocatur. Querebamus
 enim que mandata. & ait. Qui autem serua

uerit uerbum eius uere in hoc perfecta est dilectio dei. Adtende euangelium si non hoc est mandatum. mandatum inquit nouum do uobis ut uos inuicem diligatis. In hoc cognoscimus quia in ipsos uos sumus si in ipso perfecti fuerimus. Perfectus in dilectione uocat. que est perfectio dilectionis & inimicos diligere & ad hoc diligere ut sint fratres. Non enim dilectionis carnalis esse debet. Optare alicui salutem temporalem bonum est. Sed & desit anima tuta sit. Optas alicui ^{amico} uitam benefacis. Gaudes de morte inimici tui male facis. Sed forte & amico tuo uitam illam quam optas inutilis est. & inimico tuo mors de qua gaudis utilis fuit. Incertum est utrum alicui sit utilis uitam ista an inutilis. Vita uero que est apud deum sine dubio utilis est. Sic dilige inimicos tuos ut fratres optes. Sic dilige inimicos ut in societatem tuam uocentur. Sic enim dilexit ille qui in cruce pendens ait. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. mori temporalem sempiternam ab eis expellebat. prece miser

cordissima & potentia prestantissima
 multiter crederunt & dimis sus eis
 sanguis fusus xpi primo fuderunt cum fou
 rint biberunt cum crederint; In hoc cognos
 cimus quia in ipso sumus si in ipso profectus sumus;
 De ipsa perfectione diligendorum inimicorum dñs
 admonens ait. Scote ergo vos pbr facti sicut
 pater ueriter uir caelestis profectus est; Quia ergo
 dicit in ipso manere debet sicut ipse ambula
 uit & ipse ambulare; Quomodo frs quid nos
 monet quid dicit se in ipso manere id est in xpo
 debet sicut ipse ambulabit & ipse ambulare:
 Foras hoc nos monet ut ambulemus in iusticia
 absit hoc ergo ut ambulemus in uia iusticie in
 qua uia iam com memorauimus fixus in cruce erat;
 & in ipsa uia ambulabat ipse est uia claritatis
 pater ignocentis quia nesciunt quid faciunt;
 Si ergo dicitis orate p inimicos uos ambulatiua
 dñi; Dilectissimi non mandatum nouum
 scribo uobis sed mandatum uetus qd habebatis ab
 inicio; Quod mandatum uetus dixit qd habebatis

inquit ab inicio; Ideo ergo uelut quia
illud audistis; Alioquin contrarius erit
dño. Ubi ait dñs mandatum nouum dno
ut uos inuicem diligatis; Sed mandatum uelut
quasi n̄ quia ad hominē uelut p̄t̄. Sed
quasi quod habebatis ab inicio mandatum
uelut est uerbū quod audistis; Ideo ergo uelut
quia iam audistis & id ipsum nouū ostendit
dicens; Iterū mandatum nouum sc̄t̄ uob
non aliter sed idē ipsum quod dixi uelut idem
est & nouum quasi quod est uerū in ipso & in
nobis; Iam quare uelut audistis quia iam
illud noueratis. Quare autem quia tenebrae trans
fierunt & lux uera iam lucit. Ecce unde nouū
quia tenebrae ad uelut erem hominem. lux uero ad
nouum hominem p̄t̄. Quid dicit apostolus
paulus exiite uos uelut erem hominē & induite
nouum. Et iterum quid dicit fustis aliquando
tenebrae nunc autem lux in dño. Quid dicit eē se
in lumine modo manifestat totū quod dixit.
Quid dicit eē se in lumine & fratrem suū odit in

nebris est usque adhuc. **H**ec etiam fratres mei
 quamdiu dicamus uobis diligite inimicos. **V**i
 deus quod penus est ne adhuc fratres oderitis
 Si fratres solum amaretis nondum eētis
 perfecti. Si autē fratres oderitis quid estis.
 ubi estis. Respiciat unus quisque cor suum. non
 teneat odium contra fratrem pro aliquo uerbo
 duro pro contentione terrae nesciat terra. Quis
 quis enim odit fratrem suum non dicat quia in lu
 mine ambulat. quid dicit non dicat quia in xp̄o
 ambulat. quid dicit eē se in luce & odit fratrem suū
 in tenebris est usque adhuc. Nescio quis enim
 ex pagano factus est xp̄ianus. Intendite & ecce
 tenebre erant quando paganus erat modo iā
 xp̄ianus factus est. dō gratias omnes gratulantur
 recitatur apostolus gratulans. fuistis enim
 aliquando tenebre. nunc autem lux in dño. Ado
 rabat idola. adorabat dñm. Adorabat que fecit.
 Adorat qui eum fecit. Mutatus est dō gratias
 Omnes gratulantur xp̄iani. quare quia iam
 adorator patris & filii & sp̄s sc̄i. & d̄ & estator

demoniorum & idolorū est. Adhuc iste ioh
est sollicitus multis gratulantib; adhuc sus
p̄ctus est fratres. Maternā sollicitudinem
libenter amplectamur. Non sine causa mater
sollicita est de nobis. Cum alii gaudent. mater
dico caritatem. Ipsa enim habitabat in corda
iohannis. cum ista dicerit quare. Nisi quia al
quit timet in nobis. & cum iam nobis homines
gratulantur quid est quod timet. Quid dicit se
ē in lumine qui iam dicit se ē in lumine.

Quid est hoc iam dicit se esse xp̄ianū & fratrem
suum odit in tenebris est usq; adhuc. Quod ex
ponere non est sed quod gaudere si non fiat.
aut quod plangere si fiat. Quid diligit fra
trem suum in lumine manet & scandalum
meo non est. Obsecro p̄ xp̄m pascit nos d̄r.
Refecturi sumus corpora in nomine xp̄i
& aliquantū refecti sunt. Et reficienda
sunt mens mā pascatur. Non quia diu d̄r
turus sū dico. Nam ecce iā finitur lectio
Sed ne forte ex t̄dio minus attende audiam

quod maxime necessarium est. Quid ligat fra-
 trem suum in lumine manū & scandalum in
 eo non est. qui sunt qui patiuntur scandalum aut
 faciunt. qui scandalizantur in xpo & in ecclesia;
 Qui in xpo scandalizantur tanquam a sole uruntur;
 qui in ecclesia tanquam a luna; Dicit autem psal-
 mus. p̄ diem sol non urit te. neque luna p̄ noctē;
 Id est si in ueris carnatem nec in xpm scandalū
 patiuntur nec in ecclesia; Nec xpm relinquit nec
 ecclesiam; Qui em̄ ecclesiam relinquit quo-
 modo est in xpo qui in me h̄m̄ xpi non est; quo-
 modo est in xpo. qui in cor potest xpi non est; Illi
 ergo patiuntur scandalum qui relinquant aut
 xpm aut ecclesiam; Unde intellegimus quia
 inde dixit psalmus. p̄ dies sol non urit te neq;
 luna p̄ noctē. quia ipsam usionem scandalū
 uult intellegi p̄ h̄m̄ ipsā similitudine; Ad h̄m̄
 dne qui uix̄ dicit. n̄ tolero. n̄ ferō & subduer̄ se;
 Sic qui quodam n̄ fuer̄ in ecclesia & subtraunt se
 uel nomine xpi uel ecclesia scandalū patiuntur;
 Uide ēn̄ quomodo passi sunt scandalū tanquam a sole.

illi carnalis quibus p̄dicabat uerū suū xp̄i &
dicebat quā man ducauerūt uerū fili hominis
& biberūt s̄gūnē ei non habebūt inseuā; Sep
tuaginta ferme homines dixerūt; Durus est iste
sermo & accesserūt habes & remanserūt duo decim;
Omnes illos usit sol & recesserunt. Non ualen
tes ferre uim uerbi. Remanserunt ergo duo
decim. & ne forte putarent homines quia
ipsi prestant xp̄o credendo in xp̄m. Et non ab
ipso illis prestatū beneficium. Cum duodecī
remansissent. Dixit illis dñs. Numquid & uos
uultis ire. ut noueritis quō ego uobis sum neces
sarius non uos mihi. Illi autem quos non uiserūt
sol. Responderunt ex uoce p̄tri. Dñe uerbu
uitae & eternae habes quo ibimus. Quos autē uisit
a & desitā tamquā lunā per noctē quis cis maria
fecerunt. Audi ipsum uerbu positum in aposto
lo. Quis infirmatur & non ego infirmor. Quis scan
dalizatur & non ego uror. Quomodo ergo non
est scandalū in eo quid diligit fratrem quia quid
diligit fratrem tolerat omnia propter unitatem.

Quia in unitate caritatis est fraternitas dilectio.
 Offendit te nescio quis. Siue malus siue uttu
 putas malus. siue uttu fingis malus. & deseris
 tot bonos. Qualis dilectio fraternitas est. qualis
 apparuit iustis. Cum accusant a fratres deseru
 erunt orbem terrarum. Numquid in orbem ter
 rarum scilicet non erant. Aut inaudit a uobis damnari
 potuerunt. Sed o si diligeritis fratres scan
 dalum in uobis non esset. Audi psalmum quid di
 cat. Pax multa diligentibus legem tuam & non
 est eis scandalum. Pacem multam dixit eis qui
 diligunt legem dei. & ideo non eis esse scandalum
 Illi ergo qui scandalum paciuntur pacem per
 dunt. Et quos dixit non pati scandalum. aut
 non facere diligentes legem dei. Ergo in carita
 te positi sunt. sed dicit aliquis legem dei dixit
 diligentibus. Non fratres. audi quid dominus dicat.
 Mandatum nouum do uobis. ut uos in uicem diliga
 tis. Quid est lex nisi mandatum. Quomodo autem
 non paciuntur scandalum nisi dum suferunt
 in uicem. Sicut paulus dicit. Sufferemus

in uicem in dilectione studentes seruare unitate
sp̄s in uinculo pacis. Et quia ipsa est lex xp̄i
eundem audi apostolū commendantem ipsam
legem. In uicē inquit onera uestra portate
& sic implebitis legem xp̄i. Nam qui odit
fratrem suum in tenebris est & in tenebrisambu-
lat & nescit quo eat. Magna res fratres ad te-
dite rogamus uos. Qui odit fratrem suum in te-
nebris ambulat & nescit quo eat. Quō tene-
bre excecauerunt oculos eius. Quid tam caeci
quam isti qui oderunt fratres. Nam ut nouer-
tis quia caeci sunt. in montem offenderunt.
Eadem dico ne uobis excidant. Nonne lapis
ille qui percussus est de monte sine manibus
xp̄s de regno iudaeorum sine opere maritali
Nonne ille lapis confringit omnia regna
terrarum. Idest omnes dominationes idolo-
rū & demoniorū. Nonne ille lapis uniuersum
creuit & factus est mons magnus. Et im-
pleuit orbem terrarū. Numquid digito
ostendimus montem istum. Quomodo osten-

dicitur hominibus. Tercia luna uerbi gratia
 quando uolunt homines uidere luna noua.
 Ecce luna ecce ubi est & sunt ibi qui noua
 leant intendere aciem & dicant ubi intendit
 illi digitus ut uideant. Aliquando dū eru
 besunt n̄ caeci putentur dicunt se uidisse
 quod non uiderunt. Numquid sic ostendim̄
 & desiam fr̄ mei. Nonne aperta est nonne
 manifesta. nonne tenuit om̄ gentes. non
 ne impletur. Quod ante tot annos pro
 missum est abrahe in semine eius benedici
 omnes gentes. Vni fideli promissum est in
 milibus fidelium mundus impletur est. Ecce
 mons implens uniuersam faciem terrae. Ecce
 ciuitas de qua dictum est. Non potest ciui
 tas abscondi sup montem constitutam. Illi
 autem offendunt in montem. Ir cum eis dicat
 ascendite. non est mons dicunt. & facilius
 illuc faciem impingunt quā illic habitaculum
 querunt. Esaias esterno die lectus est. Quis
 quis uestrum uigilabat non oculis tantum

sed aure. n̄ & aure corporis. sed aure cordis ad
uertit. Fuit in nouissimis diebus manifestus mons
dñi paratus in cacumine montium. Quid iam
manifestum quam mons. Sed sunt & montes
ignoti quia in una parte terrarum positi sunt.
Quis uestrum nouit olimpiū montem. Quomo
do ibi qui habitant gid dab am nr̄am non norunt.
In partibus sunt isti montes. Ille autem mons
non sic. Quia impleuit uniuersam faciem ter
re. Et de illo dicit paratus in cacumine
montium. Mons est supra cacumina omnium
montium. & congregabuntur ad eum inq
om̄s gentes. Quis erat in hoc monte. Quis fra
git faciem offendendo in illum. Quis igno
rat ciuitatem supra montem constitutam. Sed
nolite mirari quia ignoratur ab istis qui odes
fratres quia in tenebris ambulant. Et nesci
unt quo eant. quia tenebre ex caecauerunt
oculos eorū. Montem non uident nolo mi
reris oculos non habent. Vnde oculos non ha
bent quia tenebre ex caecauerunt eos. Vnde.

probamus quia fratres oderunt. Quia cum
 offenduntur in a fris separant se ab orbe terra
 rum quia non tolerant pro pace xpi quos infa
 mant & tolerant pro parte donati quos dānant
 EXPLICIT OMELIA I. INCIPIT II. Ab eo
 quod scriptum est. Scribo uobis filioli quia
 remittuntur uobis peccata p̄nomen eius. Usq̄
 ad id quod scriptum est. Qui ū fecerit uolun
 tatem dī manē in aeternum. Sicut & ipse
 manē in aeternum.

Omnia que leguntur de scripturis sc̄is
 ad instructionem & salutem nr̄am inten
 te oportet audire. Maxime tamen memo
 riae commendanda sunt. Quae aduersus
 hereticos ualent plurimū. Quorum insidie
 infirmioris quos quae & negligentiores
 circum uenire non cessant. Memento te
 dnm nostrum & saluatorem ihm xpm &
 mortuum ēē pro nobis & resurrexisse. mor
 tuum scilicet propter delicta nr̄a. Resur
 rexisse propter iustificationem nr̄am.

Sicut modo audistis quia discipulorum duo
rum quos inuenit in uia tenebantur oculi
ne eum cognoscerent. & inuenit eos dispe
rantes de redemptione quae erat in xpo. Et
existimantes iam illum passum & mortuum
fuisse sicut hominem. N & tam quam
filium dei putasse semp uerere. & in carne
ita mortuum. ut non reuiuisceret. Sed tam
quam unum ex pph & is sicut uerba eoru.
Paulo ante qui intenti eratis audistis. Tunc
aperuit illis scripturas. Incipiens a moyses
ponit pph & as ostendens eis omnia quae pas
sus erat. Predicta fuisse. ne illi magis mo
uerentur. Si resurrexisset dñs & magister
non crederent. si de illo dicta ista ante non
essent. Firmitas enim fidei in eo est quia
omnia quae euenerunt in xpo predicta sunt.
Discipuli ergo non eum agnouerunt. nisi in
fractione panis. & uere qui non sibi iudicium
manducat & bibit. in fractione panis xpm
cognoscit. Postea & illi undecim putabant

se spm̄ uidere. Prebuisse palpandum quise pre
 buit crucifigendū inimicis. Palpandum amicis
 Medicus tamen omnium & illorum impietatis &
 istorum crudelitatis. Namque audistis cum
 actus apostolorum legerentur quod milia credi
 derunt ex interfectorib: xpi. Si crediderunt
 post ea qui occiderunt. Non erunt credituri qui
 paulolum dubitabant & ipso tamen quod maxi
 me debetis animi aduertere. & memoriae ur̄ae
 mandare quia contra insidiosus erroris. Dñs
 uoluit firmitamenta ponere in scripturis. Contra
 quas nullus audet loqui. Qui quomodo se uult
 uideri xpianum. Cum se palpandum prebuisse.
 Non illis sufficit nisi descripturis confirmare
 cor credentium. Prospiciebat enim nos futuros
 in quo palpemus nos habemus. Et quod ligam̄
 habemus. Si enim propter ea illic crediderunt
 quia tenuerunt. & palpauerunt. Nos quid
 facimus. Jam xpi ascendit in caelum. Non est
 uenturus nisi in fine. ut iudicet. de uiuis & mor
 tuis. Unde credituri sumus. Nisi unde. & ipsos

pal partes uoluit confirmare. Aperuit enim
illis scripturas. & ostendit eis quia oportebat
pati xpm. & impleri omnia que de illo scripta
in lege moysi & proph&is & psalmis. Omnem
ueterem scripturam circumplexus est. Quid
quid illarū scripturarum est xpm sonat. Sed si
auris inueniat. & aperui eis sensum ut intelle
gerent scripturas. Unde & nobis hoc orandū
est ut ipse sensum nostrum aperiat. Quidam
ostendit dñs scriptum de se in lege moysi & pro
ph&is & psalmis. quid ostendit ipse dicat
breuiter hoc euangelista posuit ut nos nosse
mus quid in tanta latitudine scripturarum
credere & intelligere debeamus. Certae
multae sunt pugnae & multi libri. Hoc ha
bent omnes quod dixit dñs breuiter discipu
lis suis. Quid est hoc quia oportebat xpm pati
& resurgere tertia die. Habes iam de spon
so quia oportebat xpm pati & resurgere.
Commendatus est nobis sponsus. Responsa
uideamus quid dicit. Vt tu cum cognouer

ris sponsum & sponsam. Non sine causa
 ad nuptias uenias. Caelebratio enim nuptiarū
 Omnis caelebratio & desuae nuptiae caelebran-
 tur. Dicitur est uxorem filius regis & ipse
 filius regis rex. Et qui frequentant ipsi sunt
 sponsa. Non quomodo in nuptiis carnalibus
 Alii frequentant nuptias & alio nupit. In &
 clesia qui frequentant. Si bene frequentent
 sponsa fiunt. Omnis enim & clesia sponsa
 xpi est. Cuius principium & primitiae caro
 xpi est. Ibi iuncta est sponsa sponso in car-
 ne. Merito carnem ipsam cum commenda-
 re & panem fregit & merito in fractione pa-
 nis aperti sunt oculi discipulorum & agno-
 uerunt eum. Quid ergo dixit dñs scriptum
 est de se in lege & prophetis & psalmis quia
 oportebat pati xpm. Si non adderet & re-
 surgere. R&te illi plangerent quorum
 oculi tenebantur. Sed & resurgere pre-
 dictum est. & ut quid hoc. quare hoc.
 Oportebat pati xpm & resurgere propter

illum psalmum quem uobis maxime commenda-
uimus. Quarta sabbati statione prima nouis-
sime ebedomadis. Quare oportebat xp̄m pati
& resurgere propter commemorabuntur & con-
uertentur ad dñm uniuersae finisterrae. Et ado-
rabunt in conspectu eius uniuersae patriae
gentium. Nam ut noueritis quia oportebat
xp̄m pati & resurgere. & hic quid addidit ut
post commendationem sponsi commendare
& sponsam. Et predicare inquit in nomine ei
poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes
gentes. Incipiens ab hierusalem. audistis fratres
tenete nemo dubitat de ecclesia quia per omnes gentes
est nemo dubitat quia ab hierusalem coepit
& omnes gentes impleuit. Agnoscimus agrum
ubi uitis plantata est. Cum autem creuerit non ag-
noscimus quia totum occupauit. unde coepit
ab hierusalem. Quo puenit ad omnes gentes pau-
ci remanserunt. omnes tenebit. Interea cum
omnes tenent aliquas armenta inutilia uisunt
agricole precidenda & fecerunt hereses & scis

mata. Non uos inducant precisa ut precisa
 minim horum magis que precisa sunt ut rur
 sus inserantur. Manifestum est xpm passum
 Resurrexisse ascendisse in caelum. Manifestu
 est & desia quia predicatur in nomine eius poe
 nitentia & remissio peccatorum per omnes gentes
 Unde coepit incipiens ab hierusalem. Audite stul
 tus uanus. Et quid amplius dicturus sum quam
 caecus qui tam magnum montem non uidet.
 Qui contra lucernam in candelabro positam oca
 los claudent. Cum eis dicimus si xpi am catho
 lici estis communicate illis a desis unde euan
 gelium toto orbe diffunditur. Illi hierusalem
 communicate quando eis dicimus respondent
 nobis. Non communicamus illi ciuitati ubi oc
 cisus est rex noster. Ubi occisus est dñs noster
 Quasi oderent ciuitatem ubi occisus est dñs
 noster. Occiderunt iudei quem in terra inue
 nerunt exsufflantis qui sedit in caelum. qui s
 perioris. Qui contempserunt quia hominem
 putabant. an qui sacramenta eius exsufflant

quem iam dñm confitentur. Sed oderunt uide
licet ciuitatem. In qua occisus est dñs ipsorū
p̄ homines & misericordes multum dolent
occisum eē xp̄m. & occidunt in hominibus xp̄m
At ille dilexit illam ciuitatem & miseratus est
eius. Inde dixit incipere p̄dicationem suam.
Incipiens ab hierusalem. Ille ibi principium
fecit p̄dicationes nominis sui. Et tu exhorres
cis communicationem illius ciuitatis. Non est
mirum si p̄cisus odisti radicem. Quid ipse ait
discipulis suis. Estote sedentes in ciuitate. Quia
ego mitto promissionem meam in uobis. & ecce quā
ciuitatem oderunt. Forte amarent. Si iudei
interfectores xp̄i in illa habitarent. Manifes
tum est enim omnes interfectores xp̄i. Id est iu
deos expulsos eē de illa ciuitate quae habebat
seuientes in xp̄m. Habet ad orientes xp̄m.
Propter ea illa isti oderunt. Quia xp̄iani in illa
sunt. Ibi uoluit sedere discipulos suos & ibi
illis mittere sp̄m s̄m. Ubi in coet & desina nisi
ubi uenit de caelo sp̄s s̄s. & impleuit uno loco

sedentes. cxx. duodenarius ille numerus dupli-
 catus erat. Sedebant. cxx homines & uenit sp̄s
 sc̄i & impleuit totum locum. & factus est sonus
 quasi ferr̄e² flatuſ uehementis & lingue diuisae
 sunt uelut ignis. Nudistis actus apostolorum
 hodie lecta est ipsa lectio. coeperunt linguis lo-
 qui quomodo sp̄s dabat eis pronuntiare & omnes
 qui aderant illic de diuersis gentibus. Venientes
 iudaei agnoscebant quisq; linguam suam. & mi-
 rabantur illos idiotas & imperitos subito didicis-
 se. Non unam aut duas linguas. sed omnium
 omnino gentium. Ubi ergo iam omnis lingue
 crediture ostendebantur. Ista uero qui multum
 amant xpm̄. & ideo nolunt communicare ciuita-
 ti que interficit xpm̄. sic honorant xpm̄.
 ut dicant illum ad duas linguas remansisse. lati-
 nam. & punicam id est afram. Solas duas
 linguas tenet xps̄. Iste enim duae linguae
 sole sunt in partem donati. plus non habent.
 Quisilemus sit uideamus potius donum
 sp̄s di. & credamus ante dictis de illo & ui

deamus impl&a. que ante dicta sunt in psalmo.
Non sunt loquelle neque sermones quorum non audi-
antur uoces eorum. Et ne forte & ipse lingue uene-
rint ad unum. locum & non potius donum xpi uenit ad
omnes linguas. Audi quod sequitur. In omnem ter-
ram exiit sonus eorum & in fines orbis terre uerba
eorum. Quare hoc quia in sole posuit tabernaculū
suum. Id est in manifesto. tabernaculum eius caro
eius. tabernaculum eius & clesia eius. in sole posita
est non est in nocte sed in die. Sed quare. illi non
agnoscunt. redite ad & ctionem. Quoeri finis fac-
tus est quare non agnoscunt. Qui dicit fratrem suū
in tenebris ambulat & nescit quo eat. Quō tenebr
excecauerunt oculos eius. Nos ergo sequentia
uideamus & non simus in tenebris. Vnde non eri-
mus in tenebris. Si amemus fratres unde pro-
batur quia amamus frater nitatē. quia non con-
scendimus unitatem. quia tenemus caritatem.
Scribo uobis filioli quare mit tentur uobis p&e
cata p nomen eius. Ideo filioli quare missis p&e
catis nascimini. Sed p cuius nomen remut

tuntur p̄ccata. Numquid augustini ergo n̄
 per nomen donati. uiderit quis augustinus aut quis
 donatus. n̄ & p̄nomen pauli n̄ & p̄nomen p̄tri. n̄
 diuidentibus sibi & desiam. & partes facere deuni-
 tatem conantibus. Par turris par ualut mater
 caritas in apostulo exponit uiscera sua. Conscindit
 quodammodo uerbis ubera sua plantat filios
 quos uidet & efferrē reuocat ad unum. nomen eos
 qui multa nomina sibi facere uolebant. Repel-
 lit ab amore suo ut x̄p̄s am̄ & ur̄ & dicit. Num-
 quid paulus pro uobis crucifixus est. aut in no-
 mine pauli baptizati estis. Nolo me sitis ut me
 cum sitis. mecum estote omnis illius sumus qui
 pro nobis mortuus est. qui pro nobis crucifixus
 est. unde & hic dimittuntur uobis p̄ccata p̄
 nomen eius. Non p̄ hominē alicuius. Scribo uo-
 bis patres quare primo filii. Quia remittuntur
 uobis p̄ccata per nomen eius. & reges eramini
 in noua in uitam. Ideo filii. patres quare. quia
 cognouistis eum. quia principio est. Principiū
 enim ad patris nitatē pertinet. nouus x̄p̄s.

in carne. Sed anti quos induuntur. quam an
ti quos putamus. quot annorum putamus. Ne
maior quam mater sua. Maior plane quam mater
omnia enim p ipsum facta sunt. Si omnia & ip
sa mater anti quos fecit de qua nasceretur nouus
Putamus ne ante matrem solam & ante auos
matris antiquus auus matris ipsius abraham
Et dñs dicit. & ante abraham ego sum. Ante
abraham dicimus caelum & terra antequam
esset homo facta sunt. Ante ista fuit dñs
immo est. Optime enim non ait ante abraham
ego fui sed ante abraham ego sum. Quod enim
dicitur quia fuit non est. & quod dicitur quia
erit nondum est. Ille non nouit nisi eē. secun
dum quod dñs est eē nouit fuisse & futurus eē
non nouit. Dies est ubi unus sed sempiternus
Non ponunt illum diem in medio. Hesternus
& crastinus hesternus enim die finito incipit
odiernus uenturo crastino finitur. Ille unus
dies ibi est sine tenebris sine nocte. sine spa
tibus. sine mensura sine horis. Quod uis illū

die. Siuis dies est siuis annus est siuis annus ē
 siuis annus sunt. Dicitur enim de ipso die & an
 nitui non deficiunt. Quo modo autem die
 tum est dies quando dictum est dño. Ego ho
 die genuite. Ab aeterno patre genitus & eter
 nitate genitus in aeternitate genitus. nullo
 initio nullo fine nullo spatio latitudinis quia est
 quod est. quia ipse est quod est. & nomen suum
 dixit mori. Dices eis. Qui est. misit me
 ad uos. Quid ergo ante abraham. quid an
 te noe. quid ante adam. Audi scripturam.
 Ante luciferum genuite. Postremo ante
 caelum & terram. Quare. Quid omnia
 per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est
 nihil. Ideo patres agnoscite. Patres enim
 sunt agnoscendo quod est ab initio.
 Scribo uobis iuuenes. Filii sunt. Patres sunt.
 Iuuenes sunt. filii qui nascuntur. Patres quia
 principum agnoscunt. Iuuenes quare. Quia
 uicistis malignum. In filii natiuitas in patrib;
 antiquitas in iuuenib; fortitudo. Si malignus

in uenibus uincitur pugnat nobiscum pugnat
sed non ex pugnat. Quare quia non sumus for-
tes. An quia ille fortis est in nobis. qui in terra
manus psequentium infirmus inuentus est.
Ille nos fortes fecit qui psequentibus non resti-
tit. Crucifixus est enim ex infirmitate
sed uiuē ex uirtute dī. Scribo uobis pueri
unde pueri quia cognouistis patrem. Scribo
uobis patres commendat hoc & repetit. quia
cognouistis eum qui a principio est. Memen-
tote patres eō si obliuiscimini eū qui a principio
est perditis paternitatem. Scribo uobis iuue-
nes & iam atq; & iam considerate quia iuue-
nes estis pugnat ut uincatis. uincite ut co-
ronemini. humiles estote ne in pugna caeda-
tis. Scribo uobis iuuenes quia fortes estis.
& uerbum dī in uobis manet & uicistis maligni-
tatem. Hæc omnia fr̄s quia cognouimus id quod a prin-
cipio est quia fortes sumus quia cognouim⁹
patrem. Omnia ista quasi cognitionem com-
mendant. caritatem non commendant.

Si cognouimus amemus. Nam cognitio
 sine caritate non facit saluos. scientia inflat
 caritas aedificat. Si confiteri uultis & non
 amare incipitis demonibus similes eẽ. Confi
 tebantur daemones filium dñi & dicebant
 Quid nobis & tibi & repellebant. Confite
 mini & amplẽtini. Illi enim timebant ini
 quitatibus suis. Nos amate dimissorem iniquita
 tum uestrarum. Sed quomodo poterimus ama
 re dñm. si amamus mundum. Parat nos ergo in
 habitari caritatem. Duo sunt amores mundi
 & dñi. Si mundi amor habitet non est qua intrat
 amor dñi. Recedat amor mundi & habitet dñi
 Melior accipiat locum. Amabas mundum
 noli amare mundum. Cum ex auferis cor tuum
 amore terreno. hauries amorem diuinum. &
 incipit habitare iam caritas. De qua nihil mali
 procedere. Audite ergo uerba purgantes. modo
 quasi agrum inuenit corda hominum. Sed
 quomodo inuenit. si siluam inuenit extirpat
 si agrũ purgatum inuenit plantat. plantare

ibi uult arborem caritatem. & quam siluam
uult extirpare amore mundi. Audi extir-
patore silue. Noli diligere mundum. hoc
enim sequitur neque quae immundo sunt. Si
quis dilexerit mundum dilectio patris non est
in ipso. Audistis quia si quis dilexerit mundum
dilectio patris non est in ipso. Ne quis dicat
in corde suo falsum esse hoc fratres. Or dicit papos-
tolus ipse locutus est nihil uerius. Si quis dile-
xerit mundum dilectio patris non est in ipso. Vis
habere dilectionem patris ut sis coheres fili. Noli
diligere mundum. excludere malum amore mun-
di. ut impleantur amoris dei. Vases sed adhuc plu-
nus est. funde quod habet ut accipias quod non ha-
ber. Certe iam renati sunt ex aqua & spiritu sancto
& nos ante aliquot annos renati sumus ex aqua
& spiritu bonum est nobis non diligamus mundum
ne remaneant in nobis sarrimenta ad dam-
nationem nostram. Non firmamenta ad salutem
Firma monumentum salutis est habere radicem
caritatis. habere uirtutem pietatis. Non for-

mam solam bona forma sc̄a forma. Sed quid
 ual& forma si non tenet radicem. Sarmētū
 precisum nonne in igne mittitur. habet formam
 sed in radice. quomodo ^{au} radicamini ut non eradicet
 mini tenendo caritatem. Sicut dicit apostolus pau
 lus in caritate radicati & fundati. Quomodo ibi
 eradicabitur caritas. In certanta siluosa amoris mun
 di. Exstirpate siluas. Magnum semen posituri
 estis. Non sit in agro quod offoc& semen. haec
 sunt uerba exstirpantia que dixi. Nolite diligere
 mundum ne ea que sunt in mundo. Siquis dilex
 erit mundum non est caritas patris in illo. Quia omne
 quod in mundo est desiderium est carnis & desiderium
 oculorum & ambitio seculi. Tria dixit que non est
 ex patre. sed ex mundo est. & mundus transit & desi
 deria eius. Quia autē fecerit uoluntatem di man&
 in a&ernū sicut & ipse man& in a&ernum. Quid
 uis utrum amare temporalia & transire cū tempore.
 an mundum non amare & in a&ernū uiuere cum
 do. Rerum temporalium fluuus trahit. Sed
 tanquam circa fluuum arbor nata est. An̄s noster

ih̄s x̄p̄s. adsumpsit carnem & resurrexit ascendit
in caelum. Voluit te quodammodo circa flui-
um temporum plantare. Rapit in precepto tene-
ligium. Voluit te amor mundi tene x̄p̄m.
Propter te factus est temporalis ut tu si temporalis
ut tu si aeternus. Quia & ille sic factus est
temporalis ut maneret aeternus. Accessit ille
aliquid ex tempore. Non accessit ex aeternitate
tu autem temporalis natus es & propter peccatum tempo-
ralis factus es. Tu factus temporalis propter peccatum
ille factus temporalis per misericordiam. dimittit
tibi peccata. Quantum interest. Interreum
& uisitator rem ipsius. Homo enim aliquando uenit
ad amicum suum. & intrat uisitare eum & ambo
in carcere uidentur. Sed multum distant & distan-
ti sunt. Illam causa premit illum humanitas
adduxit. Sed in ista mortalitate nos reatu te-
nebamur. ille misericordia descendit intravit
ad captiuum. Redemptor non oppressor dñs
pro nobis sanguinem suum fudit. redemit nos
mutauit spem nostram. Adhuc portamus mor-

talitatem carnis & defuturam mortalitate
 presumimus & in mari fluctuamus. Sed an
 choram spei in terra iam fiximus. Sed non dili
 gamus mundum neque que sunt in mundo. Que
 enim sunt in mundo desiderium carnis est. De
 siderium oculorum & ambicio saeculi. Tria
 sunt ista ne quis forte dicat. Que in mundo sunt
 dñs fecit. Idest caelum terram mare solem lunā
 stellas omnia ornamenta caelorum. Que sunt
 ornamenta maris omnia reptantia. Que ter
 animalia. arbores uolatilia ista sunt in mun
 do. dñs illa fecit. Quare ergo non amem⁹ quod
 dñs fecit. Sp̄s dñs sit in te ut uideas quia haec
 omnia bona sunt. Sed uae tibi si amaueris condi
 ta & deserueris conditorem. pulchra sunt tibi
 sed quanto est ille pulchrior qui ista formauit
 intendat caritas uestra. Similitudinibus enī
 potestis instrui. Ne subripat uobis satanas
 dicens quod sol & dicere. bene nobis sit incre
 atura dñi. Quare illa fecit nisi ut bene nobis sit
 & inebriantur & pereunt & obliuiscuntur

creatorem suum. Dum non temperanter sed
cupide utuntur. creatis creator contemnitur.
De Calibus dicit apostolus colerunt. & seruiere
creature potius quam creatorem quies benedictus
in saecula. Non te phibit dī amare ista sed diligere
ad beatitudinem. Sed ad probare & lau
- R dare ut ames creatorem. Quem admodum fit. si spo
sus faceret sponsae suae anulum & illa acceptā
anulum plus diligeret quam sponsum. Quillū
anulū fecit. Nonne in ipso sponsi dono adulte
ra anima deprehenderetur. Quamuis hoc ama
ret quod dedit sponsus. Certe hoc amaret quod
dedit sponsus. Tamensidiceret sufficit mihi anu
lus iste iam illius faciem nolo uidere. Qualis
esset quis non detestaretur hanc amentiam.
Quis non adulterinum animum conuinceret. Am
aurum prouiro. Amas anulum pro sponso. Si
hoc est in te ut ames anulum pro sponso tuo & no
lus uidere sponsum tuum. Ad hoc tibi arram
dedit ut non te oppignoraret sed claueret. Ad
hoc utique arram dat sponsus. ut in arram sua ipse

27
am&ur. Ergo dedit tibi d̄r ista omnia ama
illum qui fecit plus est quod tibi uult dare.
Idest se ipsum qui ista fecit. Si autē amaue
ris habē quam uis d̄r illa fecerit & neglexeris
creatorem & ama ueris mundum. Mundus
enim appellatur. Non solum ista fabrica
quam fecit d̄r. caelum terrā mare. uisibilia
inuisibilia. sed habitatores mundi mundus uo
catur. Quomodo domus uocatur & pariter
& inhabitantes. & aliquando laudamus do
mum & uituperamus inhabitantes. dicimus enī
bona domus quia marmorata est pulchra la
queata. & aliter dicimus bona domus. Ne
mo ibi patitur iniuriam. Nullae rapinae
nullae oppressionis ibi fiunt. Modo non pa
ri&er laudas sed inhabitatoris parit&um. Do
mus tamen uocatur siue illa siue illa. Omnes
enī dilectores mundi. quia dilectioni inha
bitant mundum. sicut caelum inhabitant.
Quorum sursum cor est & ambulat carne in
terra. Omnes ergo dilectores mundi mundus

uo cantur. Ipsi non habent nisi ista tria desiderium
carnis. desiderium oculorum & ambitionem saeculi.
Desiderant enim manducare bibere concumbere
uti uoluptatibus istis. Numquid non est in his
modus. Aut quando dicitur nolite ista diligere
hoc dicitur ut non manducetis aut non bibatis.
Aut filium non procreatis. Non hoc dicitur sed
sit modus propter creatorem ut non uos inligat
ista dilectio. Nec est fruendum hoc amare quod
ad uitendum habere debetis. Non autem propter
nisi quando uobis proponuntur duo. hoc aut illud
iusticiam uisus aut lucra. Non habeo unde uiuam
non habeo unde manducem non habeo unde bibam
Sed quid si non potes habere ista nisi iniquita-
tem. Nonne melius amas quod non amittis
quam iniquitatem committis. Lucrum autem
uides damnum fidei non uides. Hoc ergo ait dominus
desiderium carnis est. Id est desiderium earum
rerum. que pertinent ad carnem. Sicut eribus
& concubitus & cetera huiusmodi & deside-
rium oculorum. Desiderium oculorum dicit

omnem curiositatem. Jamquam late patet
 curiositas ipsa inspectaculis in theatris in sa-
 cramentis diabuli in magis artibus in male-
 ficis. Ipsa est curiositas. aliquando temptat
 & iam seruos dī ut uelint quasi miraculum face-
 re temptare. utrum exaudiat illos dī in miracu-
 lis curiositas est. Hoc est desiderium oculorū
 non est apatre si dedit dī fac. obtulit enim ut
 facias. non enim qui non fecerunt ad regnum dī
 non ptinebunt. Cum gauderent apostoli quia
 daemona eis subiecta erant. Quid eis ait dñs
 nolite in hoc gaudere. sed gaudete quia nomi-
 na uestra scripta sunt in caelo. Inde uoluit
 gaudere apostolus unde gaudes & tu uae
 tibi enim si non mentuum non est scriptum
 in caelo. Numquid uae tibi si non suscita-
 ueris mortuos. Numquid uae tibi si non
 ambulaueris in mari. Nūquid uae tibi si non
 excluderis daemona. Si accepisti hoc un-
 de facias. utere humiliter non supbe. Nam
 & de quibusdam pseudo proph&is dixit dñs

quia facturi sunt signa & prodigia. Ergo non sit
ambicio saeculi. Ambicio saeculi superbia est iac
tare se uult in honoribus. magnus sibi uidetur
homo siue de diuitiis. siue de aliqua potentia.
Tria sunt ista & nihil inuenis unde temptetur cu
piditas humana. Nisi aut desiderium carnis
aut desiderium oculorum. aut ambitionem se
culi. Per ista tria temptatus est dominus a diabolo
desiderio carnis temptatus est quando dictum
est ei. si filius dei es dic ut lapides isti panes fi
ant. Quando esuriuit post ieiunium. Sed
quomodo reppulit temptationem & docuit
pugnare militem. Adtende quid illi ait. Non
in pane solo uiuit homo. sed in omni uerbo dei.
Temptatus est & desiderio oculorum demira
culo quando ei dixit. Mitte te deorsum
quia scriptum est. Angelis suis mandauit deus
ut suscipiant te. Ne quando offendar ad la
pidem pedem tuum. Ille resistit temptatori
Si enim faceret miraculum non uideretur
nisi aut cessisse aut curiositate fecisse. Fecit
enim

29
quod uoluit tamquam dñr secl tamquam infir-
mus curans. Nam si tunc faceret quasi tantu
modo miraculum uoluisse facere putaretur
Sed ne hoc homines sentirent. Ad tunc quid
respondit & quando tibi talis temptatio eue-
nerit dic illud & tu. Rati post me satanas
scriptum est enim non temptabis dñm dñm tuum
Id est si hoc fecero temptabo dñm. hoc dixit quod
te uoluit dicere. quando tibi suggerit inimicus
qualis homo qualis xpianus modo uel unum
miraculum fecisti. aut orationibus tuis mor-
tuis surrexerunt. Aut febrientes sanasti. Si
uere es alicuius momenti faceres aliquod mi-
raculum. Responde & dic. Scriptum est
non temptabis dñm dñm tuum. Non ergo temp-
tabo dñm. quasi tunc p̄tineā ad dñm. Si facero
miraculum & non p̄tineā in sinon facero & ubi
sunt uerba eius. Gaudet quia nomina ur̄
scripta sunt in caelo. De ambitione seculi
quomodo temptatus est dñr quando eum leua-
uit in excelsum & dixit ei. Haec om̄a regna

tibi dabo. si prostratus adoraueris me.
De elatione regni terreni uoluit temptare
regem saeculorum. Sed dñs qui fecit caelum
& terram diabulum calcabat. Quid mag-
nam ad nō diabulum uincit. quid ergo respon-
dit diabolo nisi quod te docuit ut respondeas
Scriptum est dñm dñm tuum adorabis & illi
soli serues. Tenentes ista non habebitis
concupiscentiam mundi. Non habendo
concupiscentiam mundi. non uos subiuga-
uit nec desiderium carnis nec desiderium
oculorum. nec ambitio saeculi & factus locū
caritati uementi ut diligatis dñm. quia si fue-
rit ibi dilectio mundi non bierit dilectio di-
Tene & potius dilectionem di. ut quomo-
do dracor nūc est. sic & uos maneat in ae-
ternum quia talis est quisque qualis eras
dilectio est. terram diligis terra eris. Om̄
diligis quid dicam & seris. Non audeo
dicere ex me. Scripturas audiamus. Ego
dixi dñe estis & filii altissimi omnes. Si

ergo uultis esse di & filii altissimi. Nolite diligere mundum ne ea que sunt in mundo si quis dilexerit mundum non est caritas patris in illo. Quia omnia que sunt in mundo desiderium carnis est & desiderium oculorum & ambitio seculi que non est ex patre sed ex mundo id est ab hominibus dilectoribus mundi & mundus transit & desideria eius transeunt. Quia uero facit uoluntatem dei mandatum in aeternum sicut & dei mandatum in aeternum. EXPLICIT HOMELIA SECUNDA. INCIPIT HOMELIA III AB EO QUOD SCRIPTUM EST PUERI NOUISSIMA HORA EST USQUE AD ID QUOD SCRIPTUM EST ET NON HABEBITIS NECESSITATEM UT ALIQUIS DOCEAT UOS UICATIO IPSIUS DOCET UOS DE OMNIBUS.

DVERI nouissima hora est in hac lectione pueror adloquitur ut festinent crescere quia nouissima hora est aetas corporis non est in uoluntate. Ita nullus

secundam carnem crescit quando uult. Sicut
nullus quando uult nascitur. Vbi autem natiuitas
in uoluntate est & crementum in uoluntate est.
Nemo ex aqua & spū nascitur nisi uolens. Ergo
si uult crescit si non uult decreset. Quid est cres-
cere p̄ficere. Quid est decrecere deficere. Quis
quis nouit naturā eē se ut audiat quia puer est & in-
fant. unde in hiis uberibus matris & cito crescit
est autem mater ecclesia & ubera eius duo testamon-
ia scripturarum diuinarum. Hinc suatur lac
omnium sacramentorum temporaliter p̄ aeterna
nr̄a salute gestorum. Veniunt atq; roborant
p̄ueniat ad manducandum cibum quod est. In prin-
cipio erat uerbum & uerbum erat apud d̄m & d̄m erat
uerbum. Lac nostrum x̄p̄r humilis est cibus nr̄i
idem ipse x̄p̄r aequalis patri lacte se nutrit
ut pane pascit. Nam corde contingere ih̄m
spiritualiter hoc est cognoscere quia aequalis est
patri. Propterea & mariam prohibet tangere
se & dicebat ei. Nolime tangere nondum enim
ascendi ad patrem. Quid est hoc discipulisse

pal pandum prebuit & marie contactum uita
 uit. Nonne ipse est qui dubitanti discipulo
 dixit. mitte digitos & palpaciatu cer. Numquid
 iã ad patrem ascenderat. Quare ergo maria
 phibit & dicit. Nolime tangere nondũ enim
 ascendi ad patrem. Ad hoc dicturi sumus quod
 a uiris se tangi non timuit & a mulierib; tangi
 timuit. Contactus illius omnem carnem mun
 dat quibus primo uoluit manifestari ab his se
 timuit contactus eẽ. Nonne uiris resurre
 ctio eius p̄ feminas nuntiata est. Vt contraria
 arte serpens uincerẽ quia enĩ ille mortem
 primo homini p̄ feminam nuntiavit. & u
 ris uita p̄ feminã nuntiata est. Quare ergo
 se tangi noluit nisi quia contactum illum spi
 ritalem intellegi uoluit. Contactus spirita
 lis decorde mundo ille ad tangit decorde
 mundo xpm̄ qui eum intellegit patri
 coe
 qualem. Quiaũ nondum intellegit diuinita
 tem xpi usq; ad carnem uenit usq; ad diuini
 tatem non uenit. Quid autẽ magnum est usq;

illuc adtingere quousq; precutores quicrucifixe
erunt. Illud est magnum intellegere uerbum dñi
apud dñm in principio p quod facta sunt omnia.
Qualem se cognosci uolebat quando ait philippo
Tanto tempore uobiscum sum & non cognouistis
me philippe qui me uidit uidit & patrem. Sed
nequis piger sit ad proficiendum audiat. Pueri
nouissima hora est. proficite currite crescite
Nouissima hora est ipsa nouissima hora dia
turna est tamen nouissima hora est. horam
enim pro tempore posuit nouissimo. Quia in
nouissimis temporibus uenit dñs nŕ ih̄ xp̄s
sed dictum sunt aliqui. Quomodo nouissimū
tempus quomodo nouissima hora. Certe pri
us uenit anti christus & tunc uenit dies iudicii
uidit iohannes cogitationes istas ne quasi seculo
ri fierint & ideo non eē horā nouissimam pu
tarent quod uenturus esset anti christus. ait illis
& sicut audistis quod anti christus sit uenturus
nunc anti christi multi facti sunt. Numquid
possit habere multos anti christos. nisi hora no

uissima quos dixit anticristos sequitur & ex
 ponit. Unde cognoscimus quod nouissima
 sit hora unde quia anticristi multi facti sunt
 ex nobis exierunt. Videte anticristos ex nobis
 exierunt ergo plangimus damnum audi con
 solationem sed non erant ex nobis omnes he
 reici omnes schismatici ex nobis exierunt
 id est ex a ecclesia exeunt. Sed non exirent
 si non ex nobis essent antequam exirent ergo non
 erant ex nobis. Si autem exirent non erant ex no
 bis multi intus sunt non exierunt sed tamen
 anticristi sunt. Audemus hoc dicere ut quid nisi
 unusquisque cum intus est non sit anticristus de
 scripturis enim anticristus & designaturus est
 & uidebimus eos nunc & interrogare debet unus
 quisque conscientiam suam an sit anticristus. Latine
 enim anticristus contrarius est christo. Non quo
 modo nonnulli intellegunt anticristum ideo
 dictum quod ante christum uenturus sit id est post eum
 uenturus sit christus. Non sic dicitur nec scribi
 bitur sed anticristus id est contrarius christo.

lam quis contrarius sit xp̄o. Nunc aduertit
tis ip̄o exponente & intelligētis non posse ex
ire foras nisi anticristos. For̄ aū qui n̄
sunt xp̄o contrarii for̄es exire nullo modo
posse. qui n̄ non est xp̄o contrarius in cor
pore ipsius herit & membrum computatur
Nūquā sunt membra sibi contraria corporis in
tegritas uniuersis membris constat. Et quid
de concordia membrorum dicit apostolus si pu
titur unum membrum conpatiuntur omnia
membra & si gloriatur unum membrum con
gaudent om̄a membra. Si ergo in gloriatio
ne membri cetera membra congaudent & in
passione om̄a membra conpatiuntur concordia
membrorum non habet anticristum. Et sunt
quintus sic sunt in corpore dñi nr̄i ih̄u xp̄i.
Quando quidem adhuc curatur corpus ipsius
& sanitas p̄fecta non erit nisi in resurrectione
mortuorum. Sic sunt in corpore xp̄i quando
humores mali euomuntur tunc reuelatur
corpus sic & mali quando exeunt. Tunc & cle

sia reuelatur & dicit quando eos euomit
 atq; proficit corpus ex me exierunt humores
 isti sed non erant ex me. Quid est non erant
 ex me non de carne mea precisi sunt. Sed p̄
 tus mihi premebant cum inessent ex nobis.
 ex nobis exierunt sed nolite tristes eē. non
 erant ex nobis unde probas quod si fuissent
 ex nobis p̄ mansissent utiq; nobiscum. Hinc
 ergo uideat caritas uestra quia multi qui non
 sunt ex nobis accipiunt nobiscum sacramenta
 accipiunt nobiscum baptismā accipiunt nob
 cū qđ norunt fideles se accipere benedictio
 nem eucharistiam & qui in sacramen
 tis sc̄is est. ipsius altaris communicationem
 accipiunt nobiscum. & non sunt ex nobis
 temptatio probat quia non sunt ex nobis quan
 do illis temptatio euenerit uelut occasione
 uenti uolant foras quia grana non erant. om̄s
 aū tunc uolabunt quod se p̄ e dicendum
 est cum area dominica coeperit uentila
 ri in die iudicii ex nobis exierunt sed non

erant ex nobis quod si fuissent ex nobis pman
sissent utiq; nobiscum. Nam uultis nosse a
rissim quā certissime dicatur hoc & qui for
te exierunt non sunt anti christi & redeunt
Non sint contrari xpo hosunt enī anti christi
Non potest fieri ut remaneant foris. Sed de
uoluntate sua quisq; aut anti christus aut in xpo
est. aut in membris sumus aut in humorib; ma
lus quise in melius commutat in corpore mem
brum est quia aū in malicia pmanet humor
malus est & quando exierint reuelabuntur
qui premebantur ex nobis exierunt sed non
erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis
p mansissent utiq; nobiscum. Sed ut mani
festarentur quod non erunt omnes ex nobis.
Ideo addidit ut manifestarentur quia & in
tus cū sunt non ex nobis sunt. non tamen ma
nifesti sunt. Ex eundo manifestantur & uos
unctionem habebitis ut ipsi uobis manifest
sitis unctio spiritalis ipse sp̄s sc̄s cuius sacra
mentum est in unctione uisibili hanc unc

tionem xpi dicit omnes qui habent cognos-
 cere malos & bonos n& opus e& ut doceantur
 quia ipsa unctio docet. Scribo uobis non
 quod nescitis ueritatem sed quia nostis e&
 & quia omne mendacium non est ex uerita-
 te. Ecce admoniti sumus quomodo cog-
 nuscamus anticristum qui est xps ueritas ipse
 dixit ego sum ueritas omne autem menda-
 cium non est ex ueritate. Omnes ergo qui
 mentiuntur nondum sunt ex xpo nondixit
 quoddam mendacium ex ueritate & quod-
 dam mendacium non est ex ueritate. Sen-
 tentia adrendite ne uos pal p&is ne uos ada-
 l&is ne uos decipiatis ne uos inludatis. Omne
 mendacium non est ex ueritate. Videam
 ergo quomodo anticristi mentiuntur quia
 non est unum genus mendacii qui est mendax
 nisi is qui negat quod ihs non sit xps. Aliam
 significationem habet ihs aliam signifi-
 cationem habet xps. cum sit unus ihs xps salua-
 tor noster. Ihs tamen pprium nom est illi

quomodo moyses proprio nomine appellatur est
quomodo helias quomodo abraham. Sicut
quam proprium nomen dñi noster ih̄s xp̄s
sacram̄ti nomen est. Quomodo si dicitur p̄ph
ta quomodo si dicitur sacerdos. Si xp̄s com
mendatur unus in quo est & redemptio totius
populi isrl̄ iste xp̄s sperabat̄ uenturus a populo
iudeorum & quia humilis uenit non est ag
tus quia lapis paruus erat offenderunt in illu
& fracti sunt. Sed creuit lapis & factus est
mons magnus & quidam scriptum quicum
q: offenderit in lapidem istum conuassatur
& sup quem uenerit lapis iste conterit eum
discernenda sunt uerba offendentem dixit
conuassari. Sup quem au uenerit conterit pri
mo quia humilis uenit offenderunt in illum homi
nes quia excelsus uenturus est ad iudicium. Sup
quem uenerit. Sed illum non conterit uen
turus quē non quassauit cum uenit qui in humi
lem non offendit. Non formidauit excelsu
breuiter audistis fr̄ qui in humilem n̄ offendit

non formidauit excelsum. Omnibus enim malis
 lapis offensionis est xpr̄. Qui qui dicit xpr̄ ama-
 rum est illis. & enim audite & uidete omnes cer-
 te qui exeunt de ecclesia & ab unitate ecclesie
 precipitantur anticristi sunt. Nemo dubitat ipse
 enim designauit ex nobis exierunt sed non erant
 ex nobis. Nam si fuissent ex nobis p̄mansissent utiq;
 nobiscum. Quicumq; ergo non manent nobiscū
 sed exeunt ex nobis manifestum est quod anticristi
 sunt & quomodo probantur anticristi exōdatio
 & quis est n̄ d̄x nisi qui negat qd̄ ih̄s non sit xpr̄.
 Interrogemus hereticos quem inuenis hereticū
 qui negat quia ih̄s n̄ est xpr̄. Videat caritas ūm
 magnum sacramentum. Adtendite quod in-
 spirauerit uob̄ dñs d̄r & quid insinuare uob̄
 uelim. & ecce exierunt a nobis & facti sunt
 donat istae. Interrogamus eos utrū ih̄s xpr̄
 sit statim confitentur quia ih̄s xpr̄ est. Si er-
 go ille est anticristus qui negat ih̄m eē xp̄m
 N̄ & nos possunt illi dicere anticristos n̄ & nos
 illos quia & nos confitemur & illi. Si ergo

nec illinos dicunt nec nos illor. ergo nec ille
anobis exierunt nec nos ab ipsis. si ergo nona
nobis eximus in unitate sumus. Si in unitate
sumus quid faciunt in hac ciuitate duo altaria
quid faciunt diuisae domus diuisa coniuga
quid facit communis lectus & diuisus xpi.
Admonet nos uulnus fieri quod uerum est
aut ipsi anobis exierunt aut nos ab ipsis. Sed
absit ut nos ab ipsis habemus enim testamentum
dominicæ hereditatis. Recifamus & tibi
nos inuenimus. Dabo tibi gentem heredita
tem tuam & possessionem tuam terminos
terre. Tenemus hereditatem xpi. illi eam
non tenent non communicant orbi terrarum
non communicant uniuersitati. Redempti
sanguine dñi habemus ipsum dñm resurgen
tem a mortuis qui se dubitantibus manibus
discipulorum prebuit palpandum & cum
adhuc illi dubitarent ait illis oportebat
xpm pati & resurgere tertia die & predicari
in nomine eius poenitentiam & remissionem

peccatorum ubi quæ quib: pomnes gentes
 incipiens ab hierusalem. Securi sumus
 de unitate hereditatis quis quis huic here
 ditati non communicat foras exiit sed non
 contristemur ex nobis exierunt. Sed non
 erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis
 p mansissent utiq: nobiscum. Si ergo ex no
 bis exierunt anticristi sunt. Si anticristi
 sunt mendaces sunt. Si mendaces sunt ne
 gant ihm eẽ xpm. Iterum redimus ad difficul
 tatem questionis. Singulos interroga
 confitentur ihm eẽ xpm. Coartat nos an
 gustus intellectus in hac epistula. Vide
 tis certe questionem hæc questio & nos & ip
 sos turbat si non intelligatur. Aut nos su
 mus anticristi aut illi sunt anticristi illi
 nos anticristi uocant & dicunt ^{qđ} eximus ab
 eis. Nos illos similiter. sed designauit
 hæc epistula anticristos quicumq: negat
 qđ ihm non sit xps ipse est anticristus.
 lam ergo queramus quis negat & non ad

tendamur ad linguam redacta. Si enim
omnes interrogentur omnes uno confitent² ore
ihm ee xpm. Quiescat paulolum lingua uita
interroga si inueniremus hoc supra scriptura
nobis dixerit quia negatio non tantum lingua
fit sed & factis. Certe inuenimus multos anti
cristos qui ore profitentur xpm & moribus dis
sentiant xpo. Vbi inuenimus hoc inscriptu
ra paulum audi apostolum. De talibus cum lo
que r^o ait. Confitentur enim se nos sed m
factis autē negant. Inuenimus & istos anti
cristos quis quis factis negat xpm anticristus est.
Non audio quid sonet. Sed uideo quid bibat
operato cunctur & uerba requirimus. Quis eni
malus non bene uult loqui. Sed quod dicit ali
dnr. ipocrite quomodo potestis bona loqui cū
sitis mali. Voces uestras ad aures meas
adfertis. ego cogitationes uestras inspicio
uoluntatem malam ibi uideo & falsus fructus
ostenditis. Non quid unde colligam non
collegā de tribulis figus. non collego despi

nis uuas. Vnaqueq; arbor a fructu cognoscitur
 Magis mendax est anticristus quia ore profitetur
 dominum xpm. & factis negat. ideo mendax aliquid
 loquitur aliud agit. Iam ergo fratres si facta
 interroganda sunt non solum multos inuenimus
 anticristos foras exisse. Sed multos nondum
 manifestos quod foras exierint. Quotquot enim
 habet & ecclesia pueros fraudatores maleficos
 sorcologos inquisitores. adulteros ebrios
 feneratoros mangones & omnia que numero
 re non possumus. Si contraria sunt doctrinae
 xpi. Contraria sunt uerba dei. uerba autem xpi est.
 Quicquid contrarium est uerbo dei in anticristo
 est anticristus enim xpo contrarius est. & uult
 nosse quam aperte isti resistant xpo. Aliquam
 do eueniat ut aliqui malefaciant & incipiant
 corripere quia xpm non audent blasphemare
 ministros eius blasphemant a quibus corripuntur.
 Si autem ostenderis illis quia xpi uerba dicis
 non uerba tua conantur quantum possunt ut te
 conuincant. Verba tua redicere non uerba xpi

Si autē manifestū fuerit quia uerba xpi dice-
eunt & in xpm. Incipiunt reprehendere xpm
quomodo inquit & quare nos tales fecit
Nomen dicunt hoc cotidie homines conuicti
defactis suis. Prava uoluntate pueri artem
accusant. Clamat illis artifex de celo quia
ipse nos fecit quinos reficit. Quid refeci ego
hominem feci non auaritiam. Ego hominem
feci non latrocinium. ego hominem feci non adu-
terium. Audistis quia laudant me opera
mea ex ore trium puerorum. Ipsi rimus erat
qui ab ignibus defendebat. Laudant opera
dñi dñm laudat caelum terra mare. Laudant
omnia que sunt in caelo. Laudant angeli
laudant stelle. Laudant luminaria. Lau-
dat quiquit natat quiquit uolat. quiquit
ambulat. quiquit reptat. Laudant ista
omnia dñm. Numquid audistis quia lau-
dat dñm auaritia. Numquid audistis quia
laudat dñm ebriositas. quia laudat luxuria
laudat nugatitas. Quiquit ibi non audis

laudem non laudare dñm non fecit dñr. Corri
 ge quod tu fecisti ut sal u&ur quod in te dñ
 fecit. Si aut non uis & amas & amplecteris
 p&ccata tua contrarius es xpo. Intus sis foris
 sis anticristus et intus sis foris sis palea es. Sed
 quare foris non es quia occasionem uenti
 non inuenisti. Iam ista manifesta sunt fr̄
 ne quis dicat xpm non colo sed dñm patrem ip
 sius. Omnis qui negat filium n&e filiū n&e pa
 trē hab&. & qui confit& filium & filium
 & patrem hab&. Vos grana alloquitur
 & qui palea erant audiant grana fiant. Unus
 quisq; considerans conscientiam suā si mundi
 amator est mut&ur fiat amator xpi nescit
 anticristus. Siquis ei dixerit quod anti cris
 tus sit. irasc&ur iniuriam sibi factam putat
 fortis sis inscriptionem minatur. Si audiat
 aliter gante quod anticristus sit dicit ei xpr̄
 paciens esto. Si falsum audisti gaude meū
 quia & ego falsus ab anticristo audio.
 Si aut uerum audisti conueni conscientia tuā

It si audire timerē plus time ergo. Uos quod
ab initio audistis in uobis maneat. quod si in uobis
manserit quod ab initio audistis & uos in filio
& patre manebitis. Hæc est pollicitatio quā
ipse pollicitus est nobis. Forte enim quererēs mer
cedem & dicerēs. & ce in me quod ab initio au
diui. Custodio obtempero pericula labores
temptationes. pro ista p̄mansio sustineo quo fruc
tu quam mercede. quid mihi postea dabit quia
in hoc s̄cto me uideo laborare in temptatione.
Non uideo hic requiem eē aliquam mortalitatis
ipsa adgrauat animam & corpus quod corrumpit
tur premit ad inferiora. Sed tolero omnia ut
illud quod ab initio audiui maneat in me & diu
dō meo. Propter uerba laborū tuorum ego custo
diui uias duras. Ad quam ergo mercedem audi
& noli deficere. si deficias in laborib; promissa
mercede fortis esto quis est qui operē in uane
& recedat illi de corde quod accepturus est.
Facillum oblitum mercedem suam. defici
ant manus memoria promissæ mercedis

per seuerantem facit inopere & homo promisit
 quite potest fallere. Quanto forcior eē debet
 in agro dī quando promisit ueritas. cui nē suc
 cedi potest nē mori nē fallere potest eum cui
 promissum est. & quid est promissum. Uidea
 binitimus quid promisit aurum est qđ hic multum
 laborant homines an argentum. an possessio
 quo fructus ad quas fundunt homines aurum. quamuis
 ut quod multum amant aurum an amoena preda.
 npta ample domus multa mancipia. Animalia
 or ad numerosa. Non haec est quedam merces ad
 quam nos hortatur ut in labore duremus.
 Quid dicitur merces ista uita aeterna. Audis
 tis & gauisi excla mastis. amate quod audistis
 & libera mini a laboribus uestris in requiem uite
 aeternae. Ecce quid promittat dī uitam aeternam.
 nam. & ce quid minatur dī ignem aeternum.
 Quid illis ad dexteram constitutis. Venite be
 nedicti patris mei percipite regnum quod uobis
 paratum est a origine mundi. Ad sinistra
 quid dicitur in ignem aeternum qui preparatur

est diabulo & angelis eius. Illud nondum amos
uel hoc time. memento te ergo fr̄ mei quia uitā
a&ernam nobis promisit x̄p̄s. Haec est inquit
pollicitatio quam ipse pollicitus est nobis uitam
a&ernam. haec scripsi uobis de his qui uos sedu-
cunt. Nemo uos seducat ad mortem promissio-
nem uitae a&erne desiderate. Quid potest
mundus promittere qui quicquid libet promittat
fortassis crastino morituro promittat. & qui
fronte ad illam qui manet in a&ernum exitu-
rus est. Sed minatur mihi potens homo ut
aliquis malifaciat quid minatur carceres ca-
nas. ignes tormenta bestias. Num quid igne
a&ernum exhorresce quod minatur omnipote-
ntia quod pollicetur omnipotens & uiles est
omnis mundus. siue promittens siue terrens
haec scripsi uobis de eis qui uos seducunt. ut scia-
tis quia unctioem habetis & nos unctioem
quam accipimus ab eo p̄ manet in nobis unctio-
nis sacramentum est uirtus ipsa inuisibilis
unctio inuisibilis sp̄s sc̄s. unctio inuisibilis ca-

ritas illa est quae in quocumque fuerit tamquam
 radix illi erit. quamuis ardente
 sole arescere non potest. Omne quod radi-
 catum est nutritur calore solis non arescit. &
 non habet necessitatem ut aliquis doceat uos
 quia unctio ipsius docet uos de omnibus. Quid
 ergo nos facimus fratres quia docemus uos. Si
 unctio ipsius docet uos de omnibus. Quasi nos
 sine causa laboramus & ut quid tantum cla-
 mamus. Dimittamus uos unctio ipsius sed
 modo mihi facio questionem. & illi ipsi apostolo
 facio dignum audire paruolum querentem a se ipsi
 iohanne dico unctio habebant quibus lo-
 quebaris. Tu dixisti quia unctio ipsius docet uos
 de omnibus. Ut quid talem epistulam fecisti quid
 illos tu docebas quid instruebas. quid aedificabas
 lam hic uidet magnum sacramentum fit sonus
 uerborum nostrorum aures percipit. Magister intus
 est. Nolite putare quemquam hominem aliquo
 discere ab homine admonere possumus per strepitum
 uocis nostrae. Si non sit intus quid doceat inanis fit

strepitus nr̄i. A deo fr̄i uultis nosse. Num quid
non sermo n̄e istū omnes audistis quam
multi hinc indocti extraxerunt. Quantum
ad me ptin& omnibus locutus sum. Sed quibus
unctio illa intus non loquitur quos sp̄s sc̄i intus non
doc& indocti redeunt magisteria forinsecus adu-
ria quedam sunt & admonitiones cathedram in
caelo hab& qui corda doc&. Propterea ait & ipse
in euangelio. Nolite uobis dicere magistrū in-
tra. unus est magister uester x̄p̄s. Ipse uobis ergo
intus loquatur quando nemo hominū illic est.
Quia & si aliquis est a latere tuo nullus est in cor-
de & uo. & non sit nullus in corde & uo x̄p̄s sit in cor-
de unctio ipsius sit in corde. Nescit insolitudine
cor sciens & non habens fontes quibus irrig&
Interior ergo magister est qui doc&. x̄p̄s doc&
inspiratio ipsius doc&. ubi illius inspiratio & illius
unctio non est forinsecus inaniter p̄strepunt uer-
ba sic sunt ista uerba fr̄i uerba que forinsecus
dicimus. quomodo est agri ḡula ad arborem forin-
secus operatur. Adhib& aqua & diligentiam cultu

re quaelib& forinsecus adhibet. Numquid
poma format. Numquid nuditatem lignorū
uestit umbra filiorum. Numquid tale aliquit
intrinsicus agit. Sed quis agit hoc audite agri
colam apostolum. & uidete quid sumus & audi
te magistrum interio rem. Egoplantauit apollo
rigauit sed dñs incrementum dedit. neq; qui plan
tat est aliquid neque qui rigat. sed qui incremen
tū dat dñs. Hoc ergo uobis dicimus. siue plantemus
siue rigemus loquendo. Non sumus aliquit sed
ille qui incrementum dat dñs. Id est unctio illius
qua edocet uos de omnibus. EXPLICIT SERMO
III. INCIPIT IIII AB EO QUOD SCRIPTA
EST VNCTIO IPSIVS DOCET VOS DE OMNIB;
ET VERAX EST ET NON EST MENDAX USQVE
ET IN HOC MANIFESTATUS EST FILIVS DI
VT SOLUAT OPERA DIABULI.

Deministis fr̄r haesternam lectionem
ad hoc terminatam quia non habetis neces
sitatē ut quis doceat uos. Sed ipsa unctio
docet uos de omnibus hoc autē sicut uos recorday

certur sū sic exposuimus uobis quanos qui forinse
cus loquimur ad aures uestras. Ita sumus quasi ope
rari adhibentes culturam forinsecus ad arborem.
Sed incrementum dare non possumus. nec fructus
formare. Ille autē qui uos creauit & redemit & uo
cauit p̄ fidem & sp̄m suum habitans in uobis. Nisi
loquatur uobis intus sine causa nos p̄strepimus.
Vnde hoc apparet quia cum multi audiant. non
omnibus p̄suadetur quod dicitur. Sed illis solum
quibus intus loquitur d̄s. illis autē intus loquitur
qui ei locum prebent. Illi autē locum dō prebent
qui diabulo locū non prebent. Habitare enim
uult diabolus corda hominum. & loqui ibi
om̄a quae ualent ad seductionem. Sed quid ait
d̄s ih̄s princeps huius mundi missus est foras.
Unde missus est. Numquid extra caelum & ter
ram. Numquid extra fabricam mundi. sed extra
corda credentium. foras misso in uis foras
habitat & redemptor qui ipse redemit qui creauit
& diabolus iam forinsecus oppugnat in mit tondo
Varias temptationes. sed ille non consentit cui

Ar intus loquitur & unctio quam audit. & ue
 rax est inquit. eadem unctio id est ipse sprcti.
 Quidoc& homines mentiri non potest. & nonē
 mendax sicut docuit uos pmanere in ipsa. & nē
 filioli pmanēe in eo. ut cum manifestatus fue
 rit habeamus fiduciam in conspectu eius. ut
 non confundamur ab eo in aduentum eius. Vide
 tis fr̄ credimus in ihm quem non uidemus. Ad
 nuntiauerunt eum qui uiderunt qui contacta
 uerunt. qui uerbum ex ore ipsius audierunt.
 & ut hoc psuaderent genere humano ab illo mis
 si sunt. Nonase ipsis ire ausi sunt. & quomissi
 sunt audistis cum euangelium legeret². Ite pre
 dicare euangelium uniuerse creaturae que
 sub caelo est. Ubique ergo discipuli missi sunt.
 ad testantibus signis & prodigijs ut crederetur
 illis. quia dicebant que uiderant & credimus
 meum quem non uidemus & uenturum eum ex
 spectamus. Qui cumq; illum expectant fide
 cum ille uenerit gaudebunt. Qui sine fide sunt
 cum uenerit quod nunc non uident erubescant

Et confusio illa non erit unius diei & transiet. Quo
modo solent confundi qui ueniuntur in aliqua ad
pa & eis insultatur ab hominibus. Confusio illa tra
ducit confusus ad sinistram ut audiatur ite in ignem
ad eternum qui paratus est diabulo & angelis eius.
Maneamus ergo in uerbis eius ne confundamur cu
uenerit. Ipse enim dicit in euangelio eis qui in eum
crediderunt. Si manseritis in uerbo meo uere discipu
l mei estis. & quasi dixerint quo fructu. & cognosce
tis inquit ueritatem & ueritas liberauit uos. Modo
enim salus nra in spe nondum in re. non enim tenemus
iam quod promissum est sed uenturum sperans fidelis est
qui promissit non defallit tantum tu noli deficere sed ex
specta promissorem. Non enim nouit fallere ueritas
tu noli ee mendax ut aliud profitearis aliud agas tueri
ua fidem & seruat pollicitationem. Si autem tu non ser
ua beris fidem tute fraudas ti non ille qui promissit. Si
scitis quia iustus est scitote quia omnis qui facit iustici
ex ipso est natus. Iusticia modo nra ex fide. iusticia
pfecta non est nisi in angelis & uix in angelis sicut
comparentur. tamen si qua perfecta iusticia animi

& spirituū est quos dñs creauit in angelis est sc̄is iustis
 bonis nullo lapsu auersis. Nulla supbia cadentibus.
 Sed manentibus semp̄ in contemplatione uerbidi. & nihil
 aliud dulce habentibus nisi aquo creati sunt. In ip
 sis p̄fecta iusticia est. in nobis autē ex fide coepit eē
 secundum sp̄m. Audistis cum psalmus legeretur
 incipite dño in confessione incipite inquit initium
 iusticie nr̄e. Confessio p̄ccatorum coepisti non
 defendere p̄ccatum tuum. Iam incoasti iusticiam
 p̄ficiat autē in te quando nihil aliud facere dilēta
 bit. Quando absorbitur mors in uictoriam quan
 do nulla concupiscentia trillabit. Quando non erit
 lucta cum carne & sanguine. Quando erit corona
 uictoriae & triumphus de inimico. tunc erit p̄fecta
 iusticia modo adhuc pugnamus. Si pugnamus in
 stadio sumus. ferimus & ferimur. Sed qui uin
 cat exspectatur. Ille autem uincit qui & quod
 ferit. Non de uiribus suis presumit. sed de hor
 tatore dō solus. diabolus aduersus nos pugnat.
 Nos cum dō sumus & diabulum uincimus. Na
 si & tu solus cum diabulo pugna ueris uinceris;

Exercitatus est hostis. Quot palmarum considerat
quod ei haec erit ut mortaler nasceremur. primo
ipsam originem nram de paradiso eicit. Quid ergo
faciendum est quia ille exercitatus est. Inuocet
omnipotens aduersus exercitatum diabolum. ha
bitet uite qui non potest uinci & securus uincit eu
qui uincere solet. Sed quos nisi in quibus habitat
ds. Nam ut noueritis fr̄ contempnit adam in para
diso positus preceptum di & erexit ceruicem. uelut
in potestate sua ee cupient & nolens sub di uolun
tati di. & lapsus est ab illa immortalitate. Ab
illa beatitudine. Homo autē quidam iam exerci
tatus natus mortalis cum sederet in stercore putri
uermibus diabolū uincit ipse adam. & in iob ipse
quia degenerare ipsius iob. Ergo adam uictus in
paradiso uicit in stercore. In paradiso cum esset & au
diuit psuasionem maliens quam illi in meserat
diabulos. In stercore autem cum esset ait euae
tamquam una ex insipientib. mulieribus locata
er. Ibi autē aurem adposuit hic responsū dedit
cū eā loquitur audiuit. Cū eā flagellatus

uicit. Ideo uidet & quid sequitur fr̄ in ista epistu
 la. quia hoc nobis commendat ut diabulū quidem
 uincamus. Sed non ex nobis. Si scitis quia ius
 tus est ait. Scitote quia omnis qui facit iusticiā
 ex ipso est natus. Ex dō ex xp̄o & qui dixit ex ip
 so est natus. Hortatur nos iam ergo quia nati
 ex illo sumus. p̄fecti sumus audite. & ecce qua
 lem dilēctionem dedit nobis pater ut filii dī uoce
 mur & simus. Nam qui uocantur & non sunt quid
 illis prodest nomen. ubi res non est. quam multi
 uocantur medici qui curare non norunt. quam
 multi uocantur uigiliis qui tota nocte dormiunt.
 Sic multi uocantur xp̄iani & in rebus non
 inueniuntur. Quia hoc quod uocantur non sunt
 Idest in uita in moribus in fide in spe in caritate
 Hoc autē quid audistis fr̄ & ecce quale m dilēctionē
 dedit nobis pater ut filii dī uocemur & simus.
 Propter hoc mundus non cognoscit nos quia non cog
 nouit eum. & nos non cognoscit mundus. Totus
 mundus xp̄ianus est & totus mundus impius. Per
 totum mundum impu & p̄ totū mundū pu. illi uollos

non cognoscunt. Quomodo putamus quia non
cognoscunt insultant bene uentibus. Ad ten
dite & uidete quia fortes sunt. Inter uos. Unus
quisq; uestrum qui ampie uiuit. qui contemnit secula
qui non uult ire ad spectacula. qui non uult se meli
ari quasi sollempniter & quod est grauius accedente
aũ patrocino seorum dierũ fieri immundus. Qui ista
facere noluerit. quomodo ei insultatur ab his qui fa
ciunt. Numquid insultare ei si agnosceretur. qui
re aũ non agnosceretur. mundus eum non agnosceret
quis est mundus illi habitatores mundi. Quo
modo dicitur domus habitatores eius. Iam ista sepe
dicta sunt. & nonne auobis cum odio repẽmi
iam cum audistis mundus in mala significatione.
Non intellegatis nisi dilatores mundi qui ad dil
tationem inhabitant. & pro quod inhabitant. non
habere meruerunt. Propter hoc mundus non ag
nouit nos quia non cognouit eum. Ambulabat
& ipse dñs ihs xps in carne erat dñs latebat in infir
mitate. & unde non est cognitus quia omnia pe
cata arguebat in hominibus. Illi amando delẽ

tationes peccatorum non agnoscebant dominum. Amaran-
 do quod febris suadebat iniuriam medico facie-
 bant. Quid ergo iam nos nati sumus ex ipso
 sed quia in spe sumus. Dilectissimi inquit nunc
 filii dei sumus. Et nondum inquit manifestatum est
 quid erimus. Quidam erit aliud quam filii dei.
 Audi quod sequitur. Scimus quia cum apparu-
 erit similis ei erimus quomodo uidebimus eum sicuti est.
 Intellegat caritas uestra magnare. Scimus quia
 cum apparuerit similis ei erimus quomodo uidebi-
 mus eum sicuti est. In illud ad tendite quod uocatur est.
 Nostis quod uocatur est quod uocatur. & non solum
 uocatur sed uere est incommutabile est. Semper
 manet & mutari nescit. Nulla ex parte corru-
 pitur nec perficit quia perfectum est. nec deficit
 quia aeternum est & quid est hoc. In principio
 erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat
 uerbum. & quid est hoc quicum informatus
 esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo.
 Hoc modo christus informatus uerbum dei unicus patri
 aequalem patri non possunt uidere mali. Se

cundum id uero quod uerbum caro factum est.
potuerunt & mali quia in die iudicii uidebunt
& mali. quia sic uenit & iudicaturus quomo-
do uenerat iudicandus. In ipsa forma homo sed
dñs. Nā maledictus omnis qui sp̄ suam ponit
in hominē. Homo uenit ut iudicetur.
homo uenit ut iudicet & si non uidebitur quid
est quod scriptū est. Videbunt in quem confixi
De impiis enī dictū est qui uidebunt & confun-
dentur. Quomodo non uidebunt impij quan-
do alios ponit ad dextram alios ad sinistram. Ad
dextris positus dicit. Venite benedicti patris
mei percipite regnum. Ad sinistram positus tunc
ignem æternum. Videbunt sed formam
serui. formam dñi non uidebunt. Quare qui
impusunt. & ipse dñs dicit. Beati mundi
cordes quō ipsi dñm uidebunt. Ergo uisurum
quandam uisionē fratres quam nō oculis ui-
dit nō auris audiuit nō in cor hominis ascen-
dit. Visionem quandam. uisionem preciden-
tem omnes pulcritudines terrenas. auris

genti nemorum atq; camporum pulcritudinē
 maris & aeris. Pulcritudinē solis & lunae
 Pulcritudinem stellarum. pulcritudinem an-
 gelorum. omnia superantē. Quia ex ipsa pulcra
 sunt omnia. Quid ergo nos erimus quando hoc
 uidebimus quid nobis promissum est. Similes
 ei erimus quō uidebimus eum sicuti est. Quo-
 modo potuit lingua sonare. cetera corde co-
 gitentur. Quid enim uel ipse iohannes dixit
 ad comparacionem rei. Quae est uel a nobis
 dici potest hominibus longe imparibus meritis
 ipsius. Redeamus ergo ad illam unctionem que
 intus docet quod loqui non possumus. & quia
 modo uidere non potestis officium uestrum in
 desiderio sit. Tota uita xpiani boni scilicet desi-
 derium est. Quod autē desideras nondum
 uider. Sed desiderando capax efficeris. ut
 cum uenerit quod uideas implearis. Sicuti
 enim si uelis implere aliquem sinum & nosti
 quia magnū est quod dabitur extendis sinū
 uel sacci uel utres uel alicuius rei nosti quantum

missurus es. & uidet quia angustus est sinus
extendendo facit capaciorem. Sic dicitur de
ferendo extendit desiderium. desiderando ex
tendit animum extendendo facit capacem.
Desideremus ergo fratres quia implendi sumus.
uidet & paulum extendentem sinum ut possit
capere quod uenturum est. At non quia iam
acceperim aut profectus sum. fratres ego me non ar
bitror adprehendisse. Quid ergo agis in
hac uita si nondum adprehendisti. Vnum
autem querere oblitus in ea que ante sunt extenuas
secundum intentionem sequor ad palmam superne uocati
onis. Extenuas se dixit & secundum intentionem
sequi se dixit. Minorem se sentiebat ad capiendum
quod oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor
hominis ascendit. Haec est uita nostra ut deside
rando exerceamur. Tantum autem nos exerceat semper
desiderium. Quantum desideria nostra amputaui
rimus ab amore seculi. Iam diximus aliquan
do exinaniam quod implendum est. Bono imple
ndus es. Funde malum puta quia melle reuult

implere dī. Si aceto plenus es ubi mel pones. Fun-
dendum est quod portabat uas. Mundandum est
ipsum uas. mutandum & sicut labore cum tritura
ut fiat aptum cuidam rei. mel dicimus aurum dicitur
mus. unum dicimus quit quit dicimus quod dicitur
non potest. quit quit uolumus dicere dicitur uocatur.
& quod dicimus dicitur quid dicimus. duae istae syllaba
be sunt. totum quod exspectamus. quit quit ergo
dicere uolumus infra est. Extendamus nos in eum
ut cum uenerit impleat. Similes enim erimus
quo uidebimus eum sicuti est. & omnes qui habent
spem hanc in ipso. Videtur quemadmodum congru-
it paulo apostulo co apostulo suo. Spe enim salui
facti sumus. Spera uero quae uidetur non est spes.
Quod enim uidet quis quid sperat. Si enim quod non ui-
demus speramus pro patientiam exspectamus.
Ipsa patientia exercet desiderium. Manet uero
non manet ille. & persevera in ambulandum ut per-
uenias quia quotiens non migrat. Videtur & com-
muni qui habet spem hanc in ipso. Castificat semetipsum
sicut ipse castus est. Videtur quemadmodum non

abstulit liberum arbitrium. Ut dicitur & castificat
semetipsum. Quis nos castificat nisi dñs. Sed dñs
renotentem non castificat. Ergo quod adiungis
uoluntatem tuam dō. castificat semetipsum. casti-
ficat te non dē sed de illo qui uenit ut inhabitet
te. tamen quia agis ibi aliquid uoluntate te.
Ideo & tibi aliquid tributum est. Ideo autē tibi
tributum est. ut dica sicut in psalmo. adiuuor
m̄s esto ne derelinquas me. Si dicis adiuuor m̄s
agis aliquid. Nam si nihil agis. quomodo ille
adiuuat. Omnis qui facit p̄ccatum & iniqui-
tatem facit. Nemo dicit aliter est p̄ccatum
aliud est iniquitas. Nemo dicit ego p̄ccator
homo sum sed iniquus non sum. Omnis qui facit
p̄ccatum & iniquitatem facit. & p̄ccatū iniqui-
tas est. Quid ergo facimus de p̄ccatis nris
& iniquitatibus. audi quid dicit. & scitis qui
ille manifestatus est ut p̄ccatum auferat & p̄-
ccatum in ipso non est. In quo non est p̄ccatum
ipse uenit auferre p̄ccatum. Nam si esset
in illo p̄ccatum. Auferendam illi esset & non ip-

se auferret. Omnis qui in ipso manet non peccat
 in quantum in ipso manet in tantum non peccat.
 Omnis qui peccat non uidit eum neque cog-
 nouit eum. Magna ista questio omnis qui peccat
 non uidit eum neque cognouit eum. Non est mi-
 rum non eum uidemus sed uisuri sumus. Non eum
 cognouimus sed cognituri sumus. Credimus in
 eum quem non cognouimus. An forte ex fide
 cognouimus ex specie nondum cognouimus. Sed
 infide & uidemus & cognouimus. Si enim non
 dum uidit fides quare dicemur in luminati. Est
 in luminatio per fidem. Est in luminatio per speciem.
 Erit perfecta iusticia nostra cum uidebimus
 per speciem. Modum non relinquamus eam iusticia
 que est infide quomodo iustus ex fide uiuit. Sicut
 ait apostolus. Omnis qui manet in ipso non peccat.
 Nam omnis qui peccat non uidit eum neque
 cognouit eum. Non credidit istae qui peccat.
 Si autem credidit quantum ad fide eius per in-
 peccat. Filioli nemo uos seducat. qui facit iusti-
 ciam iustus est sicut & ille iustus est. Nunquid

quando audimus quauisti sumus. Sicut aequa
ler nos debemus putare dō. Deb&is nosse quid
est. Sicut iam dudum enim dixit. castificat
sem&ipsum sicut ipse castus est. Iam ergo par&
aequalis est castitas nr̄a castitate dī & iusticia nr̄a ius
ticiae dī. Quis hoc dicat. Sed si cut non semper
inaequalitate dici sol&. Quomodo uerbi gratia. ut
sa basilica ista ampla. Si uelit facere aliquis
minorem. Sed tamen proportione ad mensuram
ut uerbi gratia si lata est ista simplum & longa du
plum. Faciat & ille latam simplum & longa du
plum. Vid& sic fecisse. Sicut est ista. Sed ista
hab& uerbi gratia centum cubitos. Illa triginta
& sicut est & impar est. Vid& is quia non semper
Sicut ad paritatem & aequalitatem refertur.
Verbi gratia uid&e quantum sit inter faciem
hominis & imaginē. De speculo facies in imagi
nem facies in corpore. Imago in imitatione corpus
in ueritate. & quid dicimus. nam sicut hic oculi
& ibi sicut hic aures nr̄a & ibi aures sunt. dispar est
res. Sed sicut ad similitudinē dicitur. Habemus

ergo & nos imaginem dī. Sed non illam quam ha-
 bē & filius aequalis patri. tamen & nos pro modo
 nō. Si non sicut ille essemus. ex nulla parte
 similes diceremur. Ergo castificat nos sicut & ip-
 se castus est. Sed ille castus a & ermitate. Nos casti
 fide. Iustus sumus sicut & ille iustus est. Sed ille
 in ipsa incommutabile pp̄tate. Nos iusti cre-
 dendo in quem non uidemus. ut aliquando uideam⁹
 Et cū p̄fecta fuerit iusticia nr̄a. Cum facti aqua-
 lis angelis fuerint. Nē tunc illi aequabitur.
 Quanto ergo modo ab illo longe est quando nē tunc
 parerit. Qui facit p̄ccatum de diabulo est
 quia ab initio diabolus p̄ccat. De diabulo est
 Nostis quid dicat imitando diabolum. Nam
 neminem diabolus. neminem genuit. neminem
 creauit. Sed quicumque fuerit imitatus diabu-
 lū. Quasi de illo natus fit filius diabuli. Imitan-
 do propriae nascendo. Quomodo est filius abrahe.
 Numquid abraham te genuit. Quomodo iudaei
 filii abrahe. Non imitantes fidem abrahe facti
 sunt filii diabuli. De carne abraham nati sunt

& fidem habraham non sunt imitati. Si ergo
qui in deo nati sunt ex herede nati sunt quia non sunt
imitati. Tu quidem illo natus es efficeris filius.
Et sic eris filius imitatio. & si diabolus fuerit
imitatus ille est superbus exstiterit & impius aduer-
sus dñm eris filius diaboli imitando. Non quia
creavit te aut genuit te. In hoc manifestatus est
filius dñi. Vera sunt omnes peccatores ex diabolo
nati sunt in quantum peccatores. Adam ad dñm factus
est. Sed quando consentit diabolo ex diabolo
natus est. & tales omnes genuit quales erat. Cui
ipsa concupiscentia natus sumus. & ante quam nos
debita nostra addamus de illa damnatione nati
sumus. Quid est quod cum infirmitas ad babul-
mum curritur ut solvatur. Ergo duas
natiuitates adrendite sunt ad adam & xpm. duo
sunt homines sed unus ipsorum homo homo.
Alter ipsorum homo dñs. Per hominem pecca-
tores sumus Per hominem dñm iustificamur.
Natiuitas illa deiecit ad mortem. Natiuitas
ista erexit ad vitam. Natiuitas illa trahit

secum peccatum. Natura ista liberat
a peccato. Ideo enim uenit xps homo. ut sol
uerit peccata hominum. In hoc manifesta
tus est filius di. ut soluat opera diabuli.

Et ora commendo uobis & caritati ure. Ne uos
grauen. Ipsa enim questio est in qua soluenda labo
ramus quia peccatores nos dicimus. Si enim quis
dixerit se esse sine peccato mendax est. & in ipsi
us epistula iohannis inuenimus. Si dixerimus
quia peccatum non habemus nos ipsos seducim.
Memnisse enim debetis priorum. Si dixerim
us quia peccatum non habemus nos ipsos sedu
cimus & ueritas in nobis est. & rursus in conse
quentibus audis. Qui natus est ex deo non peccat.
Qui facit peccatum non uidit eum neque cognouit
eum omnis qui facit peccatum de diabulo est
Ex deo non est peccatum. Iterum terribit nos quo
modo sumus nati ex deo. & quomodo nos fate
mur peccatores. An dicitur sumus quia de deo
nati sumus. & quid ista faciunt ista sacramen
ta in infantibus quid dicit iohannes. Qui natus e

ex dō non pccat. Ipse iohannis iterum dicit
Si dixerimus quia pccatum non habemus nos
m& ipsos seducimus & ueritas in nobis est.

Magna questio & angustia. & ad hanc soluen
dam intentam fecerim caritatem uestram. Inno
mine dñi cras quod inde dederit differemus.

EXPLICIT OMELIA QUARTA INCIPIT.
AB IO QUOD SCRIPTUM EST. OMNIS QUI

NATUS EST. EX Dō NON PICCAT QUIA SEMPER
EIVS IN IP SO MANET VSQ; AD FILIOI
NON DILIGAMUS VERBO TANTVM SED
OPERA ET VERITATE.

Intente audite obsecro uos qui ares non minima
uersatur in medio & non dubito qui a eterno die
Intente adfuitis quod & hodie intentius conue
nistis. ISI enim non parua questio quomodo
dicit in ista epistula. Quia rursus est ex dō non pcc
at. & quomodo in eadem epistula superius
dixerit. Si dixerimus quia pccatum non habemus
nos ipsos seducimus & ueritas in nobis non est. Quod
factum rursus est. quem uterq; sermo ex eadem epist

tula in medio coartauit. Si se confessus fuerit
 peccatore timē & nedicatur illi. Non ergo ex
 dō natus es. quia scriptum est qui natus est
 ex dō non peccat. Si autem sedixerit iustū
 & non habere peccatum accepit ex alia parte
 plaga ex ipsa epistula. Si dixerimus quia pec-
 catum non habemus nos ipsos seducimus & ueri-
 tas in nobis non est. Positus ergo homo in me-
 dio quid dicat & quid confiteatur aut quid pro-
 fiteatur & non inuenit profiteri se eē sine pec-
 cato. Periculosum est non solum periculosum
 sed & iam mendosum. nos ipsos inquit seducimus
 & ueritas in nobis non est. si dixerimus quia
 peccatū non habemus. Sed utinam non ha-
 beres & diceres. uerum enī diceres. nē in ueritate
 pro mēda ullum iniquitatis uel uestigium
 formidares. Sed ideo male facis dicitis quā men-
 dū dicitis. Veritas inquit in nobis non est si dixe-
 rimus quia peccatum non habemus. Non ait non
 habuimus. ne forte de preterita uita dictum uide-
 rē. Habuit enim peccata homo istae sed ex

quo natus est. ex dō coepit non habere. Si ita esse
nulla nos angustare & questio. Diceremus enim
fuius peccatores. Sed modo iustificati sumus
habuimus peccatum sed modo non habemus. non
hoc ait sed quid ait si dixerimus quia peccatum non
habemus nos ipsos seducimus & ueritas in nobis
non est. Post aliquantum rursus qui natus est
inquit ex dō non peccat. Numquid iohannes
ipse non erat natus ex dō. Si iohannes non erat
natus ex dō. de quo audistis quia super pectus dñi
recumbebat. Aliquis sibi audē promittit tere
regenerationem factam in se quam ille habere
non meruit quem dñs plus quam ceteros dilige
bat. Ipsum solum de spū non genuerat. Ad
tendite nunc uerba ista adhuc angustias nostras
commendo ut p̄ intentionem uestram quae uolens
est. & pro nobis & pro uobis dilate dñs & de & erri
ne aliquis in uerbo eius inueniat occasionem p̄dici
onis sue. Quod uerbum non est predicatum. & co
scriptum. Nisi ad medicinam & salutem.
Omnis inquit qui facit peccatum & iniquitate

facit. Ne forte discernas peccatū iniquitas
 est. Ne dicas peccator sum sed iniquus non sū.
 peccatum iniquitas est. Et scitis quia in hoc
 ille manifestatus est ut peccata auferat & pecca-
 tum in illo non est. & quid prodest nobis quia
 uenit sine peccato. Omnis qui non peccat in ipso
 manet & omnis qui peccat non uidit eum neque
 cognouit eum. Filioli nemo uos seducat
 qui factus est iusticiam iustus est sicut & ille iustus
 est. Iam ista diximus. Quia secundum
 quandam similitudinem. non secundum aequa-
 litatem dicitur solus qui facit peccatum. de diabu-
 lo est quia ab initio diabolus peccat & hoc dixi-
 mus quia neminem creauit diabolus neque gena-
 uit. Sed imitatores eius tamquam ex illo nas-
 cuntur. In hoc manifestatus est filius dei ut sol-
 uat opera diaboli. Ergo ut soluat peccata ille
 qui non habet peccatum. Deinde sequitur. Om-
 nis qui natus est ex deo non peccat quia semen
 eius in ipso manet & non potest peccare quia
 ex deo natus est. Fortiter strinxit fortasse

secundū quod dam peccatum dixit non peccat
non secundum omne peccatum. ut quod
ait qui natus ex dō non peccat. Certū quod
dā peccatum intellegas quod non potest admit-
tere homo qui ex dō natus est. & tale peccatū
est illud. Vt si quis quam hoc admisit con-
firmat cetera. Si quis autem hoc non ad-
misit soluat cetera. Quod est hoc pecca-
tum facere contra mandatū. quod est man-
datum mandatum nouum douobis ut uos
in uicem diligatis. Intendite hoc mandatum
xpi dilectio uocatur. Per hanc dilectionem
peccata soluantur. haec si non teneatur & gra-
ue peccatum est & radix omnium peccatorū.
Intendite fr̄ protulimus aliquid in quo be-
ne intellegentibus soluta est quaestio. Sed
nūquid cum ceremonibus tantū ambulamus
uiam: & qui tardius ambulamus non sunt
relinquendi. Versemus hoc quibus possumus
uerbis ut ad omnes pueniat. Puto enim fratres
quia omnis homo sollicitus est pro anima sua

quonon sine causa intrat & desiam . quonon
 temporalia querit in & desia . quonon propter
 ea intrat ut transigat negotia secularia . Sed
 ideo intrat ut aliquid sibi a & ex num . promissu
 teneat quo pueniat . Necessse est cogit & quo
 modo ambul & in uia neremaneat . Ner & ro
 eat ne aberr & . ne claudicando pueniat . Qui
 ergo sollicitus est tardus sit . Velox sit non re
 cedat de uia . Hoc ergo dixi quia qui natus est
 ex dō non pccat . Fortasse secundum quoddā
 pccatum uoluit intellegi . Nam erit contrariū
 illi loco . Si dixerimus quia pccatum non ha
 bemus nos ipsos seducimus & ueritas in nobis non
 est . Si ergo forte potest solui questio . Ist
 quoddam pccatum quod non potest admittere .
 ille qui natus est ex dō & quonon admissio solui
 tur cetera . Quo admissio confirmantur
 cetera . Quod est pccatum hoc contra manda
 tum xpi contra testamentum nouum . Quod
 est mandatum nouum . mandatū nouū do
 uobis ut uos inuicem diligatis . Qui facit contra

M

caritatem & contradictionem fraternam
non audeat gloriari & dicere natū se esse ex dō. Qui
autem in dilictione fraterna constitutus est. cer-
ta sunt peccata quae nō potest admittere & hoc
maxime ne oderit fratrem & quid de ceteris pec-
catis facit unde dictum est. Si dixerimus quia
peccatum non habemus nos ipsos decipimus & veritas
in nobis non est. Audiatur securitatem de
alio loco scripturae. Caritas cooperit multi-
tudinem peccatorum. Caritatem ergo com-
mendamus. Caritatem commendat haec epis-
tola post resurrectionem dñi quid aliud inter-
rogavit petrum. amas me & parum fuit semel
interrogare & iterum nihil aliud & tercio
nihil aliud. Cum iam tercio ille redio adfeci-
ritur quasi non sibi crederet quomodo quies-
cir & quid in illo ageret. Tamen & primo & se-
cundo & tercio hoc interrogavit. ter negavit
timor ter confessus est amor. & ecce amat
petrus dñm quid prestaturus est dño. Non enim
& ipse non turbatus est in illo psalmo. Quis

retribuam dño pro omnibus quæ retribuit
 mihi. Qui enim dicebat hæc in psalmo
 attendebat quantas sibi essent prestita ad dō
 & querebat quod retribuerit dō & non inue
 niebat. Quiquit enim retribuere uolue
 rit ab ipso accepisti quod reddas & quid inue
 nit quod retribuat. Quod ut diximus fr̄s
 ab ipso acceperat hoc inuenit quod retribuerit.

Calicem salutaris accipiam & nom̄ dñi inuo
 cabo. Quis enim dederit illi calicem saluta
 ris. Nisi ille cui uolebat retribuere. Accipe
 re aut̄ calicem salutaris & inuocare nom̄ dñi.

Hoc est facere caritate & ita facere. Ut non
 solum non oderis fratrem. Sed paratus sis
 mori pro fratre. Hanc ipse dñs in se exhibuit mor
 tuus est pro omnibus. Orans pro eis a quibus
 crucifigebatur & dicens. Pater ignosce illis
 quia nesciunt quid faciunt. Sed si solus hoc
 facit. Non erat magister si discipulos non
 habebat. Secuti discipuli hoc fecerunt.

Lapida batur stephanus genu fixu ait. dñe
nestatuar illis hoc delictum. Amabat aquib:
occidebatur. Quia & pro ipsis moriebatur.
Audi & apostolum paulum & ipse inquit in
pendar pro animabus uestris. Inter illos enim
erat pro quibus stephanus deprecabatur
quando eorum manibus moriebatur. Perfec
ta ergo caritas haec est. Siquis tantam habu
erit caritatem. ut paratus sit pro fratribus
mori. Perfecta est in illo caritas. Sed num
quid mox ut nas cetur iam prorsus pfecta est
ut pfiatur. Nas cetur cum fuerit nata nutri
tur. Cum ad pfectionem uenerit | cum fu
erit nutrita roboratur. Cum fuerit roborata
pfiatur. Cum ad pfectionem uenerit quid dicit
mili uiuere xps est & mori lucrum. Optabam
dissolui & eē cum xpo. Multo enī magis optimū
manere in carne necessarium propter nos hoc nos
dilexit ut diligamus eum. & filium suum misit
litatorem pro peccatis nostris litatorem sacrifi
torem sacrificauit pro peccatis nostris ubi inuenit

multū deē.

hostiam ubi inuenit uictimam quā puram uolebat
offerre. Aliud non inuenit seipsum obtulit.

Dilectissimi si uis ad dñm dilecti nos debemus & nos
in uicem diligere. Pater amat me & ille dixit amo
pascite oues meas. Dñm nemo uidit umquā res est
inuisibilis non oculo sed corde querendus est. Sed
quem admodum si solem istum uidere uellemus
oculum corporis purgaremus unde uideri lux
potest uolentes uidere dñm oculum quod dicitur uide
ri potest purgaremus. Vbi est iste oculus. Audi
euangelium. Beati mundi cordis quō ipsi dñm
uidebunt. Sed nemo sibi pro concupiscentia
oculorum cogit dñm. facit enim sibi aut ingen
tem formam aut magnitudinem aliquam in
uestimabilem. Distendit pro locos uelut lucē
istam quam uidet his oculis augere peccata pos
quantum potest. Aut facit at sibi aliquidem qua
si uenerabilis formae se nem nihil horum cogi
tes. Isti quod cogites si uis uidere dñm. Dñm
dilectio est. Qualem faciem habet dilectio
Qualem formam habet qualem staturam.

habet. Quales pedes habet quales manus ha-
bet. Nemopotest dicere. habet tamen pedes nam
ipsi ducunt ad aedem. habet manus nam ipse
pauperi porrigunt. habet oculos nam inde intel-
legitur ille qui legit. Beatus qui intellegit superge-
num & pauperem. habet aures de quibus dicitur
qui habet aures audiendi audiat. Non sunt membra
distincta procos sed intellectum totum simul uidet
qui habet caritatem. Habita & inhabitaueris
mane & manebitur in te. Quidem fratres mei
quis amat quod non uidet. Quare autem quando lau-
datur caritas erigimini ad clamatis laudatis.
Quid uobis ostendi aliquos colores ostendi proculi
Aurum & argentum proposui gemmas & thesauros
effodi. Quid tale ostendi oculis uestris. Non quid
facies mea mutata est cum loquor carnem gero in
ipsa forma sum in qua pcessi. In ipsa forma estis
in qua uenistis. Laudatur caritas & clamatis
certe nihil uidetis. Sed quomodo uobis placet
quando laudatis sic uobis placet ut in corde seruatis
Intendite enim quid dicam fratres exhortor uos

quantum dat dñs ad magnum thesaurum .

Si uobis ostenderet aliquod uasculum an aglep-
pum inauratum operose factum. & inliceret oculis
uestros & duceret in se intentionem cordis ur̄i
& placere uobis manus artificis & pondus argenti
& splendor metalli. Nonne unusquisque uesterū
diceret. O si haberem uasculum istud & sine causa
diceretis in potestate enī uestra non erat. Aut si
quis quam uellet habere cogitaret illud de domo
aliena furari. Laudatur caritas uob. si placet
habere possidere. Non opus est ut furum ali-
cui faciatis. Non opus est ut emere cogitatis

Gratis constat tenere eam amplectimini eam.
Dulcius illa nihil est. Sicum memoratur ta-
lis est cum habetur qualis est. Siquis forte uul-
tis seruare caritatem fratres ante omnia nepu-
tatis ab idetam. & desidiosam nec quadam
mansuetudinem. Immo non mansuetudine
sed remissione & negligentia seruare caritate
non sic seruatur. Non potest tunc te amare
seruum tuum quando eum non caedis. Aut tunc

te amare filium tuum quando ei nondas disciplinā
Ait tunc te amare uicinum tuū quando eū non cor-
ripis. Non est ista caritas sed languor. feruēt
caritas ad corrigendum ad emendandum. Sed si
boni mores delēcent. Sunt mali emendentur
corrigantur. Noli in homine amare errorem.
sed hominem. hominem enim dī fecit errorem
ipsum ^{homo} fecit. Ama illud quod dī fecit noli
amare quod ipse homo fecit. Cum illud amas
illud tolles. Cum illud diligis illud emendas.
Sed & si seuis aliquando ppter correctionem dile-
ctionis. Propterea de columba demonstrata est caritas
qua uenit sup dñm species illa columbae in qua
specie uenit sp̄s sc̄i quonobis caritas infundē
Quare hoc fel columba non habet tamen rostro
& pennis pronido pugnat. Sine amaritudine
saeuit. Hoc facit & pater quando filium casti-
gat. Sed ad disciplinā castigat sicut dicit seduc-
tor ut uendat cum amaritudine blanditur pater
ut corrigat sine felle castigat. tales estote ad om̄
Vidēe fr̄r magnum documētum magna regu

La unus quisq; habet filios aut habere uult aut
 somnino decreuit filios non habere carnaliter uel spi
 ritualiter cupit habere. Quis est qui non corrigit fi
 lium suum. Quis est qui non d& disciplinam pat
 & tamen se uere uidetur. Amor se uere. caritas
 se uere. saeuit quod ammodo sine felle more colu
 bino non coruino. Vnde uenit in mente fr̄ mei
 dicere uob quia illi uolatores caritatis schisma
 fecerunt. Quomodo oderunt ipsam caritatem
 sic oderunt & columbam sed conuincit illos colu
 ba. procedit de caelo aperiuntur caeli & manet
 sup caput dño. Ut quid hoc ut audiat. hic est
 qui baptizat. recedite predones recedite in uaso
 res possessiones xpi in possessionibus uestris
 ubi dominari uultis titulos potentis ausi estis
 infigere. Cognoscat ille titulos suos iudicat
 sibi possessione suam non del& titulos sed iurat
 & possidet. Sic ad catholicam uenienti non del&
 baptis mus n& titulus imperatoris deletur. Sed
 quod fit in catholica agnoscitur titulus intrat pos
 sessor sub titulis suis quomtrabat predo sub titulis

alienis. EXPLICIT OMELIA VII. INCIPIT
OMEL. VIII. IN NOMINE XPI AB EO QUOD
SCRIPTUM EST DM̄ NEMO VIDIT UANQUA
VSQ: AD IO QUOD SCRIPTUM EST ET QUI MANET
IN DILECTIONE IN DO MANET ET OS IN FO

Dilectio dulce uerbum est sed dulcius factum
semper de illa loqui non possumus. Multa enim
agimus & diuersae actiones distendunt nos ut non
uacet & lingue nostrae de dilectione loqui. Nam nihil
melius agere & linguam nostram sed de qua semper loqui
licet & semper eam custodire licet. Sicut nunc quae con
tamur alleluia. Numquid semper hoc facimus uix unius
hore non toto spacio sed parua particula cantamus
alleluia & uacamus ad aliud. EST autem alleluia sic
iam nostis laudate dm̄. Quid dm̄ lingua laudat
non semper potest. Qui moribus dm̄ laudat semper
potest. Opera misericordiae affectus caritatis
scitatis pietatis incorruptio castitatis modestia so
berietas semper habere tenenda sunt. Siue cum in
publico sumus siue cum in domo siue cum ante homines
siue in cubiculo siue loquentes siue tacentes siue

aliquid agentes siue uacantes semphac te
 nenda sunt. Quia intus sunt omnes istae uir
 tutes quas nominaui. Quis autem sufficit om
 nominari quasi exercitus imperatoris est qui
 sed & intus inmittit & ua. Quomodo enim impera
 tor p̄ exercitū suū agit q̄d & placet. Sic dñs ihs
 xps incipiens habitare in interiore hominēto.
 Idest in mente p̄ se demittitur istis uirtutibus qua
 si ministris suis & p̄ has uirtutes quae uideri oculis
 non possunt & tamen quando nominantur laudan
 tur. Non autē laudarentur nisi amarentur n̄ ama
 rentur nisi uiderentur. & si utiq; n̄ amarentur
 nisi uiderentur. alio oculo uidentur idest inte
 riore cordis aspectu. Per has uirtutes inuisibi
 les mouentur m̄bra uisibiliter pedes ad ambulā
 dum sed quo quo mouerit bona uoluntas quae
 militat bono imperatori manus ad operandum sed
 quid quod iusserit caritas quae inspirata est intus
 ab sp̄u sc̄o. m̄bra ergo uident^r commouent^r qui iubet.
 intus non uidetur. & quis intus iubeat prope ipse
 solus nouit qui iubet & enī intus ille i cui iubet^r

Namque fr̄ audistis modo cum euangelium lege
r̄ certe si aurem ibi non tantum corporis sed & cor
dis habuistis. Quidam cauē facere iusticiā ur̄m
coram hominibus ut uideamini ab eis. Nūquid
hoc uoluit dicere utque cumq; bona facimus abscon
damus ab oculis hominum & timeamus uideri. Si
tunc es sp̄c̄tatores non habebis imitatores. Debes
ergo uideri sed non ad hoc debes facere ut uidearis.
Non ibi debet eē finis gaudii tui. non ibi t̄minus l̄c̄
tuae ut putes te totum fructū consecutū eē bono ope
ristui cum uisus fueris atq; laudatus. Nihil est hoc
contemne te cū laudaris. Ille in te laudetur
qui p̄ te operatur. Noli ergo ad laudē tuā operari
quod bonum agis. sed ad laudem illius a quo ha
beris ut bonū agas. Abste habet male agere. ad o ha
beris bene agere. Contra p̄ uer si homines uide
quā preposterū sint quod faciunt bene sibi uolunt
tribuere. Si male faciant d̄m uolunt accusare.
Conuertere hoc distortum nescio quid & prepos
terum. fac illud quod ammodo capite deor
sum quod sur sū facias i osum. quod deorsum

facias sursum. Iosum uis facere dñm & te
 sursum precipitaris non eleuaris. Ille enim
 semp sursum est. Quid ergo tubene & dñm male
 Immo hoc die si uis uerius dicere. ego male & ille
 bene & quod ego bene ab illo bene. Nam ame
 quid quid ago male. Ista confessio firmat cor
 & facit dil&ctio nis fundamta. Nam si opera
 nra abscondere debuerimus bona ne uideant^r
 ab hominibus. Vbi est illa sententia dñi in eo
 sermone quod habuit in montem ubi hoc dixit ibi
 & illud paulo antedixit. Luceant opera uira.
 & non ibi cessauit non ibi finem fecit sed addidit.
 & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. &
 apostulus quid ait. Eram au ignotus facie &
 clesus iudae quae in xpo sunt tantu au audien
 ter erant qui aliquando nos psequerantur ne
 euangelizat fidem quam aliquando uasta
 bat & in me magnificabant dñm. Vid&e que
 ad modum & ipse quia sic innotuit sine n̄posu
 erit in laudē suā sed in laudē dī ut quantum ad
 ipsū p̄tin& uastator & clesie p̄secutor inuidus

malignus ipse confiteatur. non nos conuinciamur.
Amat paulus dici a nobis peccata sua ut glorificetur
ille qui tale morbum sanauit. Magnitudinem enim
uulneris manus medici secuit & sanauit. Vox illa de
celo prostrauit persecutorem & erexit predicatorem occi-
dit saulū & uiuificauit paulum. Saul enim persecutor
erit sēi uiri in denom habet istae quando persequebat²
xp̄ianis. Postea de saulo factus est paulus quid est er-
go quando saul superbus elatus. Quando paulus hu-
milis modicus. Ideo sic loquimur paulo post uidebo
te id est post modicum. Audi quia modicus factus
est. Ego enim sum nouissimus apostolorum. & mihi
minimo omnium scōrum. Dicit alioloco sicent
inter apostolos tanquā fimbrium uestimēti. Sed
tetigit ad desiam gentiū tāquā fluxū paciens
& sanata ē. Ergo fr̄ hoc dixerim hoc dico hoc si pos-
sim non tacerem. opera modo illa sint in uobis.
Modo illa pro tempore phoris p̄ diebus. Nūquid
semp loqui numquid semp tacere. Nūquid sepe
reficere corpus. nūquid sepe ieiunare. nūquid se-
pe dare panē egenti. Numquid semp nudū uestire.

nūquid sempergros uisitare. Nūquid sempdis
 cordantes concordare nūquid semp mortuos
 sepelire. modo illud modo illud inchoantur ista
 & cessant. Ille autē imperator nē incoatur nē
 cessare debet & caritas intus nō intermittitur officia
 caritatis pro tempore exhibeantur. Caritas ergo
 sicut scriptum est fraternam permaneat. fortassis autē
 mouerit aliquos uestrū ex quo istam epistolam beati
 iohannis tractamus uobis quare non commendaue
 rit maxime nisi fraternam caritatem. Quid diligit
 fratrem dicit & preceptū nobis datum est ut diligamus
 inuicem. Assidue nominauit caritatem fraternā
 di caritatem id est quia debemus diligere dñm. Non
 tam assidue nominauit sed tamen non omnino tacuit
 De inimici uero dil&ctione prorsus tacuit prope
 per totam ipsam epistolā. Cū uehementer nobis
 predicat commendatq; caritatem. non nobis dicit
 ut diligamus inimicos. Sed dicit nobis ut fr̄s diliga
 m̄. Modo uero cū euangelium leger&ur/audiuim̄
 Si enī diligitis eos qui uos diligunt quā mercedem
 habebitis. nonne & publicani hoc faciunt. Quid est

igitur quod pro magno nobis ad p[ro]f[er]tionem quan-
dam fraternam dil[ec]tionem commendat ioh[ann]es
apostulus. D[omi]n[us] autem dicit non nob[is] sufficere ut
fratres diligamus. Sed debere nos extendere ipsi
dil[ec]tionem ut p[er]ueniamus ad inimicos. Quisq[ue]
ad inimicos p[er]uenit non transiit fratres. Nece-
sse est sicut ignis prius occupet proxima & sic se in
longinquora distendat. Propinquior est tibi
frater quam nescio quis homo. Rursum tibi ma-
gis adheret ille quem non noveras qui tibi tam
non adversatur quam inimicus qui & iam adver-
satur. Extende dil[ec]tionem in proximo nec vo-
ces illam extensionem prope enim te diligis qui
eos diligis qui tibi adherent. Extende ad ignotos
qui tibi nihil male fecerunt transcede ad ipsos p[er]-
ueni ut diligas inimicos. Hoc certe iubet d[omi]n[us].
Quare istae tacuit de dil[ec]tione inimici.
Omnis dil[ec]tio siue que carnalis dicitur. quae
non dil[ec]tio sed magis amor dicitur sol[us]. dil[ec]ti-
onis eni[m] nomen magis sol[us] in melioribus reb[us]
dicit in melioribus accipi. Tamen omnis dil[ec]

tio fr̄i k̄ri utiq; beniuolentiā quandam ha
 b& erga eos quidiliguntur. Non ergo sic debem̄
 diligere homines aut sic possumus diligere uel
 amare. Hoc enim & iā uerbo usur est dñr cum dice
 r&. P&re amas me. non sic debemus amare ho
 mines quomodo audimus gr̄ulos dicere amo tur
 dos. Quaeris quare ut occidat & consumat & ama
 re sedicit. & ad hoc illos amat ut n̄ sint. ad hoc
 amat ut perimat. & qui quid ad cibandū amamus
 ad hoc amamus ut illud consumatur & nos reficiam̄.
 Nūquid sic amandi sunt homines tamquā consum
 mendi. Sed amicitia quadam beniuolentiae ut
 aliquando prestemus eis quos amamus. Quid si
 non sit quod prestemus sua beniuolentia sufficit
 amanti. Non enī hortare debemus esse miseros
 ut possimus exercere opera misericordie. Da pa
 nem esurienti. Sed melius nemo esurir& & nulli
 daret. Vestis nudum utinam omnes uestiti essent
 & n̄ ess& ista necessitas. Sepelis mortuū. utinā
 ueniat aliquando illa uita ubi nemo moriatur.
 Concordas litigantes utinā aliquando sit pax illa

aeterna hierusalem ubi nemo discordat. haec
enim omnia officia necessitatum sunt. Tolle mise-
ros cessabunt opera misericordiae opera misericor-
die cessabunt. Nūquid ardor caritatis extinguit
Germanus amabis felicē hominē cui n̄ habes quod
prestes. Purior ille amor erit multo q; sincerior.
Nā si prestiteris misero fortassis extolleret & cupis aduer-
sus eū. & cū tibi uis eē subiectū quia auctor est bene-
fici. Ille indignus tu in p̄tibus es quasi maior uide-
ris quia tu prestiteris quam ille cui prestatū est. Opta
aequalem ut ambo sub uno sitis cui nihil prestare
potest. Nā in hoc excessit modum sup̄ba anima
& q̄d ammodo auara fuit. Quia radix omnium
malorum auaritia. & in rem dicitur est. Initiū
omnis p̄ccati sup̄bia & querimus aliquando quo
modo sibi concordent istae duae sententiae. Ra-
dix omnium malorum auaritia & initiū omnis p̄c-
cati sup̄bia. Si initiū omnis p̄ccati sup̄bia est
radix omnium malorum sup̄bia est. Certe radix om-
nium malorum auaritia est. Inuenimus & in sup̄bia
auaritiā esse excessit enī modū homo. Quod est

auarū esse p̄gredi ultra quā sufficit. Adam sup
 bia caecidit. Initiū omnis p̄ccati supbia.
 Inquit nū quid auaritia quid auarius illo cui
 dī sufficere non potuit. Ergo fr̄ legimus quē
 admodum factus sit homo ad imaginē & simili
 tudinem dī. & quid de illo dixit dī & habeat po
 testatem pisciū maris & uolatilium caeli & om
 nium p̄ccorū quaerunt sup̄ terrā. Nū quid dix
 habeat potestatem hominum habeat potestatem
 aut dedit potestatem naturalem quorū habeat po
 testatem piscium maris uolatilium caeli & omniū
 reptantium quaerunt sup̄ terrā. Quare haec est
 naturalis potestas hominis in ista quia homo ex eo
 habet potestatem ex quo factus est ad imaginem
 dī. ubi aut factus est ad imaginem dī. Inintell̄ctua
 in mente in interiore homine in eo qđ intellegit ueri
 tatem. diiudicat iusticiā & iniusticiā. Nouit
 a quo factus est potest intellegere creatorem suū.
 Laudare creatorem suū. habet hanc intellegentiā
 quia habet prudentiam. Ideo multi cum per
 cupiditate ter malas d̄cerent in se imaginē dī.

& ipsam quodammodo flammā intelligentiae
perversitate morum extinguerent. Clamat
illis scriptura. Nolite fieri sicut equus & mulus
quibus non est intell&ctus. Hoc est dicere prepo-
sute aequo & mulo. Te ad imaginem meam feci
potestatem tibi sup̄ ista dedi. Quare. quia ratio-
nalem mentem tuā rationali mente capis uerita-
tem. Intellegis quod sup̄ te est. subdere ei quod
sup̄ te est & infrate erunt illa quibus prepositus
es. Quia uero p̄ peccatum homo deseruit eum sub
quo eē debuit. subditus est eis supraque eē debuit.
Intendite quid dicam. d̄r homo p̄ cora uerbi gratia.
Sup̄ te d̄r infrate p̄ cora. Agnosce eū qui su-
pra te est ut agnoscat te que infrate sunt. Ideo
quocumque d̄r anhel agnouit & d̄m supra se. Agnouit
illū supra se leones. Si autem non agnoscat illum
qui supra te est superiorem contempnis subderis
inferiori. Propterea sup̄bia egyptiorū domita est
deranis & muscis poterat d̄r & leones muttere.
Sed aliquis magnus leone terrendus est quanto
illi erant superiores. tanto de rebus contemptibi-

libus & ab idcirco fracta est eorum ceruix mala. Sed
 danhelem agnouerunt leones quia ille subditus
 dō erat. Quid martires qui ad bestias pugnauerunt
 & ferarum morsibus lamati sunt. Non erant }
 sub dō. seruidi tres uiri seruidi machabei. Agno-
 uit ignis seruos dī tres uiros quos non uisit. Quo-
 rum nō & uestimenta corruptit non agnouit macha-
 beos agnouit & machabeos fr̄. agnouit & istos
 Sed opus erat quodam flagello p̄mittente dño qui
 dixit in scriptura flagellat omnem filium quē
 recipit. Putatis enī fratres quia ferrum trans-
 uerberare & uiscera dñi nisi ipse p̄mitteret. Aut
 herere & in ligno nisi ipse uoluisset non eū agnouit
 creatura an exemplum patientiae proposuit
 fidelibus suis. Ideo dī quosdam liberauit uisi-
 biliter quosdam non liberauit uisibiliter. om̄
 tamen spiritaliter liberauit. Spiritaliter ne-
 minē deseruit uisibiliter quosdam uisus est
 deseruisse quosdā uisus est eripuisse. Ideo quos-
 dam eripuit ne putet illum non potuisse eripe-
 re. Testimoniū dedit quia potest ut ubi non

facit secretiorem intellegas uoluntatem non sus-
piceris difficultatem. Sed quid fr̄ cum euase-
rimus omnes istos mortalitatis laqueos cum
transierint tempora temptatio nis. Cum secu-
li huius decurrerit & receperimus illam stolam
primam immortalitatem. Illam quam p̄ & can-
do pdidimus cum corruptibile hoc induerit in
corruptionem. Id est caro ista induerit incorrup-
tionem & mortale hoc induerit immortalitatem
Iam p̄ & tot filios d̄i ubi n̄ opus est temptari n̄
flagellari agnoscit omnis creatura. Subditi
nob̄ erunt om̄a s̄inos sic simus subditi d̄o. Sic
ergo debet eē xp̄ianus ut non gloriatur sup̄ ali-
os homines. Dedit enim tibi d̄s eē sup̄ bestias
Id est meliorem eē quā bestias. Hoc naturale
habes semp̄ melior eris quā bestia. Si uis melior
eē quam alius homo inuidebis ei quando tibi
eē uidebis aequalem. debes uelle omnes
homines aequales tibi. & si uidebis aliquem
p̄ prudentiā optare debet ut sit & ipse prudens
quā diu tardus est discit ate. quam diu

indoctus est indiget & tu uideris doctor ille autem
 discens. Tu ergo superior quia doctor es ille infe-
 rior quia discens. Nisi illum optes aequalem sem-
 puer habe re discens. Si autem uis semper ha-
 bere discens inuidus eris doctor. Si inuidus
 doctor quomodo eris doctor. Rogate noli do-
 cere ipsam inuidiam tuam. Audi apostolum di-
 centem de uisceribus caritatis uelle omnem ho-
 mines esse sicut me ipsum. quomodo uolebat om-
 nes aequales. Ideo erat omnibus superior quia
 caritate optabat omnes aequales. Excessit ergo
 homo modum auarior uoluit esse. ut supra homi-
 nes esset quis supra peccata factus est. & ipsa est
 superbia & uidete quanta opera faciat superbia.
 Ponite in corde quam similia facit & quasi paria
 caritate. Pascit esurientem caritas. pascit
 superbia caritas uel dicitur laudatur. Superbia ut ipsa
 laudatur. uestit nudum caritas uestit & super-
 bia. Ieiunat caritas ieiunat & superbia. Sepelit
 mortuos caritas. sepelit & superbia. Omnia
 opera bona que uult facere caritas & facit.

Agitat contra supbia & quasi ducit equos suos.
Sed interior est caritas. Tollit locū male agitate
supbiae non malae agitanti sed male agitatae. Vae
hominum cuius auriga supbia est. **N**ecessesse est
enī ut preceptū eat. ut aū non sit superbia quae gregē
facta. quis nouit quis uidet. ubi est hoc opera uident
pascit misericordia pascit & supbia hospitem susci
pit misericordia ospitem suscipit & supbia. Intra
cedit p̄ paupere misericordia incedit & supbia
Quid est hoc in operibus; non discernimus. Audeo
aliquid dicere sed non nego. Paulus dixit morietur
caritas. Id est homo habens caritatem confitetur no
m̄ xpi dicit martirem confitetur & supbia dicit
martirem. Ille habet caritatem. ille non habet
caritatem. Sed audi apostolum de illo qui non ha
bet caritatem. Si distribuero omnia mea pauperibus
& si tradidero corpus meum ut ardeam. Caritatem aū
nō habeam nihil mihi prodest. Ergo scriptura diuina
in nos reuocat a iactatione huius faciei forinse
cus & ab ista superficie quae iactat. Ante homines
reuocat nos intro. Redi ad conscientiam tuam ipsam

interroga. Noli attendere quod flor& foris
 sed queradix est interra. Radicata est cupidi-
 tas species potest eē bonorum factorū. Vere-
 opera bona eē non possunt. Radicata est caritas
 securus esto nihil mali procedere potest. Blan-
 ditur supbos saeuit amor. Ille uestit ille caedit
 Ille enī uestit ut placeat hominibus. ille caedit
 ut corrigat disciplinā. Accipitur magis plaga ca-
 ritatis quā helimosina supbiae. Redite ergo in-
 tro fratres & in omnibus quaecūq; facitis intuemini
 testem dñm. Vid&e si ille uid& quo animo faciatis
 Sicor uestrū non uos accusat quia iactantiae causa
 facitis bene securi estote. Nolite aut̄ timere
 quando facitis bene. Ne uideat alter. time ne pp̄t
 ea facias ut tu lauderis. Nam uideat alter ut dñs
 laud&ur. Si enī abscondes ab oculis hominis
 Abscondes ab imitatione hominis. duosunt
 helimosinā facis. duo esuriunt unus panem
 al ter iusticiā inter duos istos familiares quia dic-
 tum est. Beati qui esuriunt & siciunt iusticiā
 quō ipsi saturabuntur inter duos istos familiares

bonus operator constitutus est. Sicartas de illo
operatur ambobus miseratur. Ambobus uult
subuenire. Ille enī quaerit quod manducet.
Ille quaerit quod imitetur. Pascis istum prebe
te isti. Ambobus dedisti helimosinam illum. fe
cisti gratulatores de fame interfecta. Hunc fecis
ti imitatore de exemplo proposito. Miserrami
ni ergo tamquā misericordes quia meo & iā quod
diligitis inimicos fratres diligitis. ne putetis
iohannem nihil de dilectione inimici precepisse
quia de fratna caritate n̄ tacuit. fr̄ diligitis
Quomodo inquis fratres diligimus. Quaero quare
diligis inimicū quare illū diligis ut sanus sit in hac
uita quid si illi expedit ut diues sit. Quid si ipse
uitis excecabitur ut uxore ducat quid si amara
uitā inde paciatur ut filios habeat quid si mali
erunt. Incerta sunt ergo ista quae uideris opta
re inimico tuo quia diligis eum incerta sunt
opta illi ut habeat tecum uitā & cetera opta illi ut
sit frater tuus si ergo hoc optas diligendo inimi
cū ut sit frater tuus & cū diligis fratrem diligis

Non enim amat in illo quod est sed quod vis ut
 sit. Dix enim aliquando carnati urae nisi fallor.
 Robor est lignū positum ante oculos fabri opti-
 mus uidet lignū nondō latū de silua precisum
 ad amantem. Nescio quid inde uult facere.
 Non enim ad hoc amantem ut semper sic maneat. In
 arte uidit quid futurū est. non in amore quodē
 & amantem quod inde facturū est. Non illud
 quod est. Sic nos & dicitur amantem peccatores. Nam
 dicimus quia dicitur amantem peccato. At enim non
 opus sanis medicus sed male habentibus. Num
 quid ad hoc amantem peccatores ut peccatores re-
 maneamus. Quia lignū de silua. Vidit nos fa-
 ber & cogitauit aedificiū quod inde facturū
 est non siluam quod erat. Sic & tunc
 spicis inimicū tuū aduersantem seuentem
 mordentem uerbis exasperantem. Contume-
 luis insidiantē odus ad tendis tibi quia homo est
 Vides ista omnia que aduersa sunt ab hominibus facta
 & uides in illo quod adō factus sit. Quod autem
 homo factus est adō factus est. quod autē te odit

ipse fecit quod inuidet ipse fecit. & quid dicit
in animo tuo. **D**ne propitius illi esto. dimitte illi
peccata. Incute illi terrorem muta illum. Non
amas in illo quod est sed quod dicit ut sit. Ergo cum
inimicum amas fratrem amas. Quapropter perfecta
dilectio est in dilectione inimici quia perfecta dilectio
est in dilectione fraterna. & nemo dicat quia
aliquid minus nos monuit iohannes apostolus &
plur nos monuit dñs xps. Iohannes nos monuit
ut fratres diligamus. xps nos monuit ut etiam ini-
micos diligamus. Adtende quare te monuit xps
ut diligas inimicos. Nūquid ut semper maneam
inimici. Si ad hoc te monuit ut inimici remaneant
odisti non diligis. Adtende quomodo ipse dilexit
Id est quia nolebat ut sic remaneret persecuto-
res. An pater ignosce illis qui anesciunt qui faciunt
quibus uolunt ignosci mutari illos uolunt quos uolunt
mutari ex inimicis fratres facere dignatus est &
uere sic fecit occisus est sepultus est resurrexit.
In celum ascendit spm scm misit discipulis. ce-
pit in fiducia predicare nom ipsius. miracula

faciebant. immo mine crucifixi & occisi. Vider
 illi interfectores dñi & qui sanguinem eius seuien
 do fuderant. credendo biberunt haec dixit frater
 & longius cū letamente quia uehementius commendan
 da fuit caritati ur̄ae ipsa caritas. Idest commendan
 da sibi erat. Si enī caritas nulla est in nobis nihil dixi
 mus. Si autē est in uobis tāquā **o**leū inflāmā
 adiecimus. & in quo n̄ erat forte uerbis accensus ē.
 In alio creuit quod erat in alio coepit ēē quod non
 erat. Ad hoc ergo ista diximus ne pigri sitis diligere
 inimicos. Saeuit in te homo ille se. ut tu deprecare
 Ille odit tu miserere. febris anime ipsius te odit
 sanus erit & gratias tibi agit quomodo medici dili
 gunt egrotos. Numquid egrotos diligunt. Si
 egrotos diligunt uolunt ut semp egrotent. Ad hoc
 diligunt egrotos ne egroti remaneant sed ut ex
 egrotis sanifiant. & quanta plerūq; patiuntur
 a frendicis quales contumelias uerborum plerūq;
 & percutiuntur persequitur ille febrē ignoscat homi
 ni & quid dicā fr̄s amat inimicum suum immo
 odit inimicū suū morbū ipsū enī odit & amat ho

minem aquo peccatur. odit febre aquo enim
peccatur. amorro abegrotatione a febre illud
tollit quod illi aduersatur ut remaneat illud unde
gratulatur. Sic & tu si odit te inimicus tuus & in
iuste te odit noueris quia cupiditas seculi in illorog
nat propterea te odit. Si odisti illum & tu contra
malū p malo. **Q**uid facit reddere malum
p malo. unū egrotū flebam quare odent iā duos
plungo si & tu odisti. sed psequitur remota tollit
tibi nescio queq; habes in terra. Ideo illū odisti
quia angusti. as tibi facit in terra. Noli
angustias pati migra in celum sur sū. Cor ibi ha
bebis ubi latitudo est ut nullas angustias paciaris
in spe uitae a & cer ne. Attende quia tibi tollit
nec ipsa tibi tolleret nisi ille pmitteret qui flagel
lat omnem filium quem recipit qd ammodo fer
ram tum di est quos sanatis ipse inimicos tuos. Si
ut dr utile tibi ee ut expolis te pmitterit illum. Si
ut utile tibi ee ut uapules pmitterit ille ut caeca
ris de illote curat opta ut & ille sanetur. Om
nemo uidit unquam uidet & dit si diligimus in uice

dī in nobis manet & dilectio eius erit perfecta in nobis.
 Incipe diligere proficeris coepisti diligere coepit
 in te dī habitare. Ama eū qui in te coepit habitare
 ut perfectus habitando faciat te perfectum. In hoc
 cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis
 quia de spū suo dedit nobis. benedō gratias. Cognos-
 cimus quia habitat in nobis. & hoc ipsum unde
 cognoscimus quia cognouimus quia habitat in nobis
 quia ipse iohannes dixit quia de spū suo dedit nobis
 Unde scimus quia de spū suo dedit nobis. hoc ipsum
 quia de spū suo dedit tibi unde cognoscis. Interroga
 viscera tua si plena sunt caritate habes spm dī unde
 cognoscimus quia inde cognoscis habitare in te spm
 dī. Paulū interroga apostolum quō caritas dī
 diffusa est in cordibus uestris p spm scm quid datus
 est nobis. & nos uidemus & testes sumus qui apat
 misit filium suum saluatorem mundi. Securi estote
 quia egrotatis talis medicus uenit desperabatis mag-
 ni erant morbi. insanabilia erant uulnera despe-
 rata erat egritudo magnitudine mali tui ad ten-
 dis. Omnipotentia medici non ad tendis. tu dispe-

ratus es sed ille omnipotens est. Cuius testes isti sunt qui
primo sanati & adnuntiantes medicum & ipsi tamen
plus spe sanati quam re. Nam sic dicit apostolus
spe enim salui facti sumus. Coepimus ergo sanari
in fide perficimur autem salus nostra cum corruptibile
hoc induerit incorruptionem & mortale hoc indu-
erit immortalitatem. Haec spes est non dures sed
qui gaudet in spe tenebit & rem. Quia uero spes non habet
ad rem non poterit peruenire. Qui cum quibus confessus
fuerit quod deus sit filius dei deus in ipso manet & ipse in
deum. Iam multas confessus fuerit non dicamus non uerbo
sed facto. non lingua sed uita. Nam multi confitentur
uobis & factis negant. & nos cognouimus & credimus
quia dilectionem habet deus in nobis. & iterum unde
cognouistis deus dilectio est. Iam dixit illud super-
ius & iterum dicit amplius tibi non potuit dilectio
commendari. quam ut diceretur deus. forte mirus
deus contempturus eras. & deum contemnis. Quis dile-
ctio est. & qui manet in dilectione in deum manet & deus
in eo. Vicissim in se habitant qui continentur & qui
continentur. habitas in deo sed ut continearis.

habitat in te dñ. sed ut teneas ne cadas. ne for
 te sic te putet domū dñi fieri quomodo domus ista
 portat carnem tuam. Si subtrahat se domus in
 qua es cades. Si autē tute subtrahas non cadat
 dñ. Integer est cum eum deseris. Integer cū ad illū
 redieris tu sanaris non illi aliquid prestabis tu
 mundaris tu reficeres tu corrigeris. Ille medica
 mētum est non sano. regula est prauo. lux est re
 nebrato habitatio est deserto. Omnia ergo tibi con
 feruntur. uide ne putet dō aliquid conferri.
 Quando uenis ad dñm nōc mancipium saltim. Ergo
 non habebit dñ seruos si tu nolueris & omnes noluerint
 dñ nō indiget seruis sed serui dō. Ideo dicit psalmus
 dixit dñō dñm nō est tu. Ipse est uerus dñs. & quid ait
 quō bonorū meorū non egis. tu egis bono seruitui
 egis & seruis bono tuo ut pascas illū. egis & tu bono
 serui ut adiuuē te. Non potest tibi aquā implere nō
 tibi potes coquere. nō tibi potes ante equū currere.
 lumentū tuū non potes curare. Vides quia indi
 get bono seruitui indiget. Non est ergo uerus dō
 minus quando indiget inferiori. Ille est uerus dñs

boni mō

quoniam nihil a nobis quaerit. & quae nobis si eum non que-
ramus nihil a nobis quaerit & quaesiuit nos cum eum non
quereremus. Oves una errauerat inuenit eam
gaudent inumeris suis reportauit. & nunquam ouis
erat pastori necessaria & non ouis potius pastor neces-
sarius erat. quanto libentius de caritate loquor
tanto minus uolo finire epistolam istam. Nulla
est ardentior ad commendam caritatem nihil
uobis dulcius predicatur. nihil salubrius bibitur.
Sed si bene uiuendo confirmetis in uobis munus
dei nescitis ingrati tante gratiae illius quicum habe-
re & uicinum noluit illum esse unum. sed ut fratres
habere & adoptauit illi qui cum illo possiderent
uitam aeternam. **EXPLICIT OMBLIA VIII IN
CIPIT VIII. AB EO QUOD DICIT IN HOC PER
FECTA EST DILECTIO IN NOBIS UT FIDVTIAM
AB EADUS IN DIE IUDICII USQ; ET HOC WAN
DATUM AB EIVS AB IPISO UT QUID ILIGIT DM DILIGAT
IT FRATREM SVVM**

Deminit caritas uera ex epistola sancti iohannis
apostoli ultimam partem restitisse nobis trac

70
tandam & exponendam uobis quantū dñs dona
uit. Huius ergo debiti nos memores sumus exactio
nis aū uos memores eē debetis. Eadem quippe caritas
que in ipsa epistula maxime & prope sola commen
datur. & nos facit fide
& uos dulcissimos exacto
res. Ideo dixi dulcis
simos exactores quia ubi caritas non est amarus ex
actor est. Vbi autem caritas est & qui exigit
dulcis est & a quo exigitur & si aliquem laborem
suscipit facit eundem laborem prope nullum
& leuem ipsa caritas. Nonne uidemus & iam in
mutis animantibus & in rationabilibus ubi non spi
ritalis caritas sed carnalis & naturalis. Exigit
tamē magno affectu de uberibus matris lac apar
uulis. & quāuis sugens impetum faciat in ubera
melius est tamē matri quā si non sugat nec exigit
quod caritate debetur. Sepe uidemus ubera
uaccarū & iam a grandi uisculis ut uulis capite
penti & propter ipsorum impetum leuari matrū
corpora. nec eas tamē culce repellere. sed si
desit filius qui sugat mugitu uocari ad ubera

Si ergo est in nobis illa caritas spiritalis de qua aposto-
lus dicit. Factus sum paruulus in medio uestru
tāquam nutrix fouens filios suos tunc uos diligim
quando exigitis. Pigros non amamus quia languen-
tibus formidam. Intercesserunt autē ut inter-
mitteremus textū huius epistulae quaedā p̄ diebus
festis sollempnia l̄ctionū quae n̄ potuerunt nisi legi &
ipsa tractari. Nunc ergo ad p̄missū ordinē redeam
& quae sunt intente accipiat sc̄itas ur̄a. Nescio utrum
magnificentius nobis caritas commendari possit quā
ut diceretur. D̄s caritas est breuis laus & magna
laus breuis in sermone & magna in intellectu quā
cito dicitur. d̄ dil̄ctio est. & hoc breue est si nu-
meres unum est si appender quantum est. d̄ dil̄c-
tio est. & quia inquit in dil̄ctione in d̄o ma-
nē & d̄ in illo manē. Sit tibi domus d̄ & esto domi-
d̄. mane in d̄o & maneat in te d̄. ut te contineat
manes in d̄o nec cadas. Quia sic de ipsa caritate
apostolus dicit. Caritas numquā cecidit. Quomo-
do cecidit quē contineat d̄. In hoc p̄fecta est dil̄c-
tio in nobis ut fiduciam abeamus in die iudicii

quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo. dicit
 quomodo se probet unus quisque quantum in illo pro
 fuerit caritas. uel potius quantum ipse in caritate
 profuerit. nam si caritas deus est non deficit deus non de
 ficit. Sic dicitur proficere in te caritas quia tu in ea
 proficis. Interroga ergo quantum in caritate profi
 ceris & quid tibi respondeat cor tuum ut noueris
 mensuram prouentus tui. Promisit enim ostendere
 nobis in quo cognoscamus eum. & ait. In hoc perfecta
 est dilectio in nobis quaere in quo. ut fiduciam
 habeamus in diem iudicii. Quisquis fiduciam habet
 in die iudicii perfecta est in illo caritas. Quid est ha
 bere fiduciam in die iudicii non time re ne ueniat dies
 iudicii. Sunt homines qui non credunt diem iudicii
 isti fiduciam habere non possunt in diem. quia uen
 turam esse non credunt. coepit aliquis credere diem
 iudicii si coepit credere coepit & timere. Sed quia
 timet adhuc non dum habet fiduciam in die iudicii.
 Nondum est in illo perfecta caritas. Numquid
 tamen desperandum est. in quo uides in ciuim
 cur desperas finem quod initium uideo in quier

ipsū timorem. Audi scripturā initium sapientie
timor dñi. Coepit ergo timere diem iudicii. Timen-
do corrigit se. uigil & aduersus hostes suos id est
aduersus p̄ccata sua. Incipit reuiuiscere inte-
rius & mortificare membra sua que sunt sup̄ terrā
Sicut apostolus paulus dicit. mortificate membra
ur̄a que sunt sup̄ terram. spiritualia nequitiae dicit
membra sup̄ terrā. Nam sequitur & exponit au-
ritiam inmundiciam & cetera. que illic ex sequit̄
Quantum autē mortificat istae qui timere coepit
diē iudicii. membra sua sup̄ terram tantum surgunt
& corroborantur m̄bra caelestia. membra autem
caelestia om̄a opera bona. Surgentibus caelestib;
membra. incipit desiderare quod timebat. Time-
bat enī ne ueniret x̄p̄s & inueniret eū quē dā n̄ uide-
Desiderat ut ueniat quia inuenturus est p̄n̄i quem
coronā. Iam cū coeperit desiderare uenientē
x̄p̄m casta anima que desiderat amplexus sponsi
renuntiat adultero fit uirgo interius ipsa fide
spe & caritate. habet iam fiduciam in die iudicii
non contra se pugnat quando orat & dicit. Adue-

niat regnum tuum. Quia enī tim& neueniat
 regnum dī. Tim& ne exaudiatur. Quomodo
 orat qui tim& ne exaudiatur. quiaū orat cū
 fiducia caritas optat iam utueniat. De ipso de
 siderio dicebat quidam in psalmo. & tudñe usque
 quo conuertere dñe erue animā meam. Geme
 bat se differri. Sunt enī homines quicum pati
 entia moriuntur. Sunt aū quidam pfecti quicū
 patientia uiuunt. Quid dixi qui adhuc desiderat
 istam uitam. quando ille uenerit dies mortis paci
 enter tolerat mortem. Luctatur aduersū se ut se
 quatur uoluntatem dī & hoc potius agit animo
 quod elegit dī. non quod elegit uoluntas humana
 & ex desiderio uitae presentis fit lucta cum morte
 & adhibet patientiā & fortitudinem ut equo ani
 mo moriatur. Iste patienter moritur. Qui autē
 desiderat sicut dicit apostolus dissolui & ēē cū
 xpō non patienter moritur sed patienter uiuit.
 delectabiliter moritur. Vide apostolum patientē
 uiuentem. Id est cum patientia hic non amare
 uitam sed tolerare. dissolui inquit & esse

cum xpo . multo magis optimum manere in car-
ne . necessarium propter uos . Ergo fr̄s date ope-
ram intus agite uobiscum ut desideretis diem iu-
dicii . Aliter non probatur perfecta caritas nisi
cum coeperit dies ille desiderari . Ille aut̄ desiderat
eū qui fiduciam habet in illo . ille aut̄ fiduciam
habet in illo cuius conscientia n̄ trepidat in cari-
tate perfecta atq; sincera . In hoc perfecta est dilectio
eius in uobis ut fiduciam habeamus in diem iudi-
cii . Quare habebimus fiduciam . Quia sicut ille
est & nos sumus in hoc mundo . Audisti causam
fiduciae tuae . Quia sicut est ille inquit & nos su-
mus in hoc mundo . Nonne uidetur aliquid
impossibile dixisse . Numquid enim potest
ēē homo sicut d̄s . Iam uobis exposui quia non
semp̄ ad equalitatem dicitur sicut sed dicitur ad
quandam similitudinem . quomodo enim dicit
Sicut aures habeo ita habet & imago . Nūquid
omnino sic sed tamen dicit sicut . Si ergo facti
sumus ad imaginem d̄i quare non sicut d̄s sum̄
n̄ ad equalitatem sed p̄ modo nostro unde et ergo

datur nobis fiducia in die iudicii. Quia sicut ille
 est & nos sumus in hoc mundo. Debemus hoc re-
 ferre ad ipsam caritatem & intelligere quid dictū
 sit. Dñs in euangelio dicit. si diligitis eos qui
 uos diligunt quā mercedem habebitis. Nonne
 & publicani hoc faciunt. Quid ergo uult nos. ego
 autē dico uobis diligite inimicos uestros & orate
 prosequentibus uos. Si ergo iubet nos diligere
 inimicos nostros unde nobis dat exemplam de ipso
 dño. An enī. ut sitis filii patris uestri qui in caelis
 est. Quomodo illud facit dñs diligit inimicos suos.
 Qui facit solem suū orire super bonos & malos & plu-
 & super iustos & iniustos. Si ergo ad hanc p̄fectio-
 nem nos inuitat dñs ut diligamus inimicos nostros sicut
 ipse diligit suos. Ea nobis fiducia est in die iudi-
 cii. Quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo
 Quia sicut ille diligit inimicos faciendo solem suū
 orire super bonos & malos & pluendo super iustos &
 iniustos nos quia inimicis nostris n̄ possumus pres-
 tare solē & pluuiā prestemus lacrimas cū pro illis
 oramus. Iam ergo de ipsa fiducia uidēte quid

dicat. Vnde intelligitur p̄fecta caritas. Timor
non est in caritate. Quid ergo dicimus de illo qui
coepit timere diem iudicii. Si p̄fecta in illo est caritas non timet. Perfecta enim caritas facit p̄fectam
iusticiam & non habet quare timere. Immo habet
quare desiderat ut transeat iniquitas & ueniat
regnum d̄i. Ergo timor non est in caritate. Sed in qua
caritate non incoata. In qua ergo sed p̄fecta inquit
caritas foras mittit timorem. Ergo incipiat timor qua
initium sapientiae timor d̄i. Timor quasi locū prepa
rat caritati. Cum autem coeperit caritas habitare
pellitur timor qui ei preparauit locum. quantum enim
illa crescit ille decrescit. & quantum illa fit interior
timor pellitur foras. maior caritas minor timor
minor caritas maior timor. Si autem nullus timor
non est quantum caritas. Sicut uidemus p̄fectam
introduci linum quando aliquid sicutur sicut pri
us intrat sed nisi exeat non succedit linū. Sicut timor
primo occupat mentem. Non autem ibi remanet timor
quia ideo intrauit ut introduceret caritatem. In fac
ta securitate in animo quale gaudium nobis est uel

in hoc uel in futuro saeculo & in hoc saeculo quis nob
 nocebit plenus caritate. Videt quomodo exultet
 apostolus de ipsa caritate. Quis nos inquit separa
 bit a caritate xpi. tribulatio an angustia an persecutio
 an nuditas. an periculum an gladius. & perus dicit
 & quis uobis nocere potest si boni amatores fueritis
 Timor non est in dilatione. sed perfecta dilatio fo
 rat mittit timorem. Qui tormentum timor habet
 Torquet cor conscientia peccatorum. non dum facta
 est iustificatio. Est tibi quod titillat & quod pungat. Ideo
 In psalmo de ipsa perfectio **Q**uod ne iusticie quid dicit
 Conuertisti luctum meum in gaudium mihi
 conscidisti sacco meum & cinxisti mel & iura ut
 cantet tibi gloria mea & non conpungar. Quid est non
 conpungar non sit quod stimulat conscientiam meam
 stimulat timor sed noli timere intrat caritas. que
 sanat quod uulnerat timor. timor diuini uulnerat
 quomodo medici ferramentum. putredinem tollit
 & quasi uidetur uulnus augere. & ce putredo quan
 do erat in corpore minus erat uulnus sed periculo
 sum. accedit ferramentum medici minus dolebat

Illud uulnus quamdolet modo cum secatur plus do
let cum curatur. Quasi incuratur sed ideo plus dolet
accedente medicina. ut nāquam doleat succedente
salute. Occipit ergo cor tuum timor & induc taci
tas succedit cicatrix ferramento medici. Talis est
medicus ut nē cicatrices appareant. Tutantum sub
de te dexteræ ipsius. Nā si sine timore est nō poterit
iustificari. sententiæ dictæ descripturis. nā qui sine
timore est nō poterit iustificari. Opus est ergo ut intret
timor primo. p̄ quē ueniat caritas. Timor medicam
tum. Caritas sanitas. Quia uero timor nō est p̄fectus
in dilectione. quare quia timor tormentum
habet. Quomodo s̄ctio medici tormentum habet.
Istā uero alia sententiā que uideatur huic esse contraria
si non habeat intellectorem. Dicitur enim quodā
in loco in psalmo. timor dñi castus p̄manens in sc̄to
scti. Aeternū quendam timorē nobis ostendit
sed castum. Quod si ille aeternum timorē nobis
ostendit. Numquid contradicit illi forte ista
epistula. que dicit timor non est in caritate.
Sed p̄fecta caritas foras mittit timorem. Inter

rogemus ambo eloquiacti. Sp̄s unus est & sic dicitur
 duo & sicut duo & si lingue due. Hoc enim dicitur
 est p̄ iohannem. Illud dicitur est p̄ d̄. sed nolite
 putare alium eē sp̄m. Si unus flatus inflat duas
 tibus non potest unus sp̄s implere duo corda. agi
 tare duas linguas. sed si sp̄ū uno idest uno flatu
 impl̄e due tibus consonant impl̄e dua lingue
 sp̄ū d̄i dissonare possunt. EST ergo ibi quedam con
 sonantia est quedā concordia. sed auditore deside
 rat. & ce inspiravit & implevit duo corda duo ora
 Mouit duas linguas sp̄s d̄i. & audiuius ex una
 lingua. timor non est in caritate sed p̄fecta cari
 tas foras mittit timorem. Audiuius ex alia
 timor d̄ni castus p̄manens in seculum seculi. Quid
 est hoc quasi dissonant non excute aures. inten
 de melodiam non sine causā hic addidit castus
 Discernamus istos duos timores & intellegimus
 consonantiā tibiariū. Quomodo intellegimus
 uel quomodo discernimus. Ad tendat caritas
 uestra sunt homines qui propter ea timent d̄m
 nemittuntur in gehennā. ne forte ardeant cum

diabulo in ignem aeternum. Ipse est timor ille qui
introducitur caritatem sed sic uenit ut exeat. Si enim
adhuc propter poenas times dominum. Nondum amas
quem sic times. Non bona desideras sed mala cauere.
Sed ex eo quia mala cauere corrigis te & incipis bona
desiderare. Cum bona desiderare coeperis erit in te
timor castus. Quis timor castus ne mittat te in gehennam
cum diabulo. Aliud est timere dominum ne recedat a te. Ille
timor quoties ne ignem aeternum mittaris cum diabulo
nondum est castus. Non enim uenit ex amore dei sed
ex timore poene. Cum autem times dominum ne deserat te presen-
tia eius. Amplecteris eum ipso frui desideras. Non
potest melius explanari quid intersit inter duos
istos timores. Unum quem foras mittit caritas. Al-
terum castum qui per manet in seculum seculi. Nisi po-
nas duas mulieres maritatas quarum unam
ita constituas uolentem facere adulterium. delin-
tari nequitia sed timere. ne clametur a marito.
timere maritum. Sed quia adhuc amat nequitiam
ideo timere maritum huic non grata sed honoris est

mariti presentia. & si forte uiuit nequiter. timet
 maritū neueniat. Tales sunt qui timent neueniat
 dies iudicii. Fac alterā amare uirum debere illic
 tos amplexos. Nulla se adulterina inmundicia ma
 culare optat presentia uiri & quomodo discernunt
 duo isti amores. Timet illa & timet & illa. Interroga
 quasi unū tibi respondent. respondeat illa. timeo uirū
 timeo. Interroga & illam si timet uirū. respondet
 timeo. Unauox est sed diuersus animus iam ergo inter
 rogentur quare illa dicit. timeo uirū neueniat. illa
 dicit timeo uirum ne discedat. illa timeo ne damnet
 illa dicit timeo ne deserat. Pone hoc in animo xpī
 anorū. & inuenis timorem quem foras mittit caritas
 & alium timorem castū pmanentem in seculū seculi.
 Loquamur ergo hinc primo quis timent uirum.
 quomodo illa mulier quem delictat nequitia. ti
 met enim uirū ne damnet illam. talibus primo lo
 quamur. O anima que sic times dñm ne damnet te
 dñ. Quomodo timet mulier quā delictat nequi
 cia. timet uirū ne damnetur auro. quomodo tibi
 displicet tibi. Si forte habes uxorem. nam

quid uis ut sic te timeat uxor tua. Nedamnd uir ab
ste ut del&tat illam nequitia sed pondere timoristui
reprimatur. Nondamnatione iniquitatis. Castam
eam uis ut te diligat non ut te timeat Exhibete talendo
qualem uis habere uxorem & si nondum habes & habere
uis talem uis habere. & quid dicimus fratres. Illa mu
lier que ideo tim& uirum nedamnd uir auro. forte non
facit adulterium ne aliquo modo pueniat ad uirum. & tol
lat illi lucem sua temporalem. Potest autem uir ille &
falli. Homo est enim sicut & illa que potest fallere. ti
m& illa eum extra cuius oculos potest ee. Tunont
mes semp faciem supra te uiritui. Vultus au dñi
sup facientes mala. Captat illa absentia uirisui
& incitatur forte delectatione adulteri. & dicit
sibi tamen non faciam. absens est quidem ille sed di
ficile est ut non ad illum quo quomodo pueniat.
Temperat se ne pueniat ad hominem qui potest
& nescire qui potest & falli. Qui potest & bonas sus
picari & malam. Qui potest suspicari & castam que
adultera est. Tunont uis oculos eius quem falle
re nemo potest. Tunont uis eius presentiam

quia ueritate non potest. Rogadū ut intueatur te
 & auertat faciem a peccatis tuis. Auerte faciem
 a peccatis meis. Sed unde mireris si ille faciem auer-
 tat a peccatis tuis. Si tu non inde auertas faciem tuā a pe-
 catis tuis. Ipsa enī uox dicit in psalmo. Quō in-
 quitatem meam ego agnosco & peccatum meum
 corā me est semp. Tu agnosce & ille ignosce. Allo-
 cuti sumus eam que habet adhuc timorem pmanen-
 tem in seculū seculi. Sed quem caritas excludit
 & foras mittit. Allo quamur & illam que habet
 iam timorem castum pmanentē in seculum seculi
 Putamus inuenimus illam ut allo quamur illā
 Putas est in hoc populo. putas est in ista exedra
 putas est in hac terra. Non potest nisi eē sed la-
 tēt. Hiems est intus est uiriditas in radice. forte
 & inuenimus & aures illius. Sed ubicumque est
 illa anima. utinam illam inuenirem & non
 aures eius preberē mihi sed aures meas illi. illa
 me doceret aliquid potius quā a me disceret.
 Anima quedā scā ignea & desiderans regnū.
 di. hanc nō ego allo quor sed dō ipse & pa ciemer

uuentem. In hac terra ite consolatur. Iam uis ue
niā & ego noui quia iam uis ut ueniā. Noui qualiter
ut secure exspectes aduentū meum. Noui quia
molestia est tibi sed magis exspecta tolera. Venio
& cito uenio. sed amantia tur. dū est. Audi eam cantan
tem tanquā liliū de medio spinarū. Audi suspiran
tem & dicentē. Psallam & intellegam in uia inma
culata quando uenies ad me. Sed in uia inmacula
ta merito non timet & quia perfecta caritas foras mittit
timorem. & cū uenerit ad eum amplexum timet
sed securiter quid timet. caud & obseruabit ab im
punitate sua. ne iterū p̄ccet. nonne mittatur
in ignem sed ne ab illo deseratur. & erit in illa quid
timor castus p̄manens in seculū seculi. Audiuimus duas
tibi consonantes. Ille d̄ timore dicit. & ille
d̄ timore dicit. Sed ille d̄ timore quod timet & ani
ma ne damnatur. Ille d̄ timore quod timet & anima
ne deseratur. Ille est timor quē caritas excludit
Ille est timor p̄manens in seculū seculi. Nos dili
gimus quia ipse prior dilexit nos. Nam unde
diligemur nisi prior ipse dilexit nos. Diligen

do amici facti sumus. Sed inimicos ille dilexit
 ut amici efficeremur. Prior dilexit nos & donavit
 nobis ut diligeremus eum. Nondum diligebamus
 diligendo pulcri efficiamur. Quid facit homo difor-
 mis & distorta facie siam & pulchram. aut quid fa-
 cit femina deformis & distorta facie & nigra sia
 m & pulchrum. Numquid amando poterit eē pul-
 cra. Numquid & ille amando poterit eē formo-
 sus. Amat pulchram & quando se in speculo uidet
 erubescit leuare faciem ad illam. Formam suam
 quam amat. quid facit ut pulcher sit. Exspē-
 tat ut ueniat pulchritudo. Immo exspēctando sen-
 tus additur & turpiorem facit. Non est quid age-
 re. non est quomodo illi der consilium. Nisi ut
 conpercat se & nā uideat amare impar in parem.
 Aut si forte amat & ducere uxore optat. & ut illa cas-
 titatem amet non carnis faciem. Anima uero nostra
 fr̄m ei puritate. Amando dñm pulchra efficitur
 qualis amor est qui reddit pulchrā amantē. Dñs autē
 semp pulcher est. Numquā deformis. Num-
 quā commutabilis. Amauit nos prior qui se p̄ est

pulcher. & quales amauit nisi foedus & diformes
Non ideo tamen ut foedus dimitteret. Sed ut muta
ret & ex de formi pulcrū faceret. Quomodo erimus
pulcri amando eū qui semper est pulcher. Quantum me
crescit amor tantū crescit pulcritudo. Quia ipsa
caritas est animae pulcritudo. Nos diligimus quia
ipse prior dilexit nos. Audi apostolum paulū. Osten
dit autē dñs dilectionem suam in nobis. Quō eū adhuc
peccatores essemus xps pro nobis mortuus est. Iustus
pro iniustis. Pulcher pro foedis. quomodo inuenimus
pulchrū ihm. Speciosus forma pro filius hominū dñi
sua est gratia in labuit. Vnde item. Vnde & unde
sit pulcher. Speciosus forma pro filius hominū.
Quia dñs. quia in principio erat uerbū & uerbū uenit
apud dñm & dñs erat uerbum. Quia uero carnē sus
cepit. quasi foeditatem tuā suscepit. Id est mor
talitatem tuam ut aptaret se tibi. & congrueret
tibi. & excitaret te ad amandā intus pulcritudi
nem. Vnde ergo inuenimus quia foedus & de formis
ih̄s. Sicut inuenimus quia pulcher & speciosus
forma pro filius hominum. Vnde inuenimus quia

& de formis. Et iam interrogata & uidimus eum
 & non habebat speciem neque decorem. Ille sunt
 due tibi quasi diuersę sonantes. Sed unus sp̄s
 ambas inflat. hac dicitur speciosus forma p̄
 filius hominum. hac dicitur in esau uidimus eū
 & non habebat speciem neq; decorem. Vno sp̄u im
 plentur ambae tibię. Non dissonat noli aures auer
 tere. Adhibe intell̄ctū. Interrogemus paulū
 apostolum & exponat nobis consonantiam duarū
 tibiarū. Son̄ nobis speciosus forma p̄ filius
 hominum. Quicum in formadi esset non rapinā
 arbitratus est esse equalis dō. & ecce speciosus for
 ma p̄ filius hominum. Son̄ nobis & iam. Vidi
 mus eū & non habebat speciem neque decorem. Sed
 sem̄ & ipsum ex manu formam serui accipiens.
 In similitudinem hominum factus & habitum uentus
 ut homo. Non habebat speciem neq; decorem ut
 tibi daret speciem & decorem. Quā speciem quā
 decorem. dil̄ctionē caritatis ut ames curras cur
 ris amas pulchres iam. Sed nolite ad tendere ne
 perdas quod accepisti. Illum ad tēde a quo factus es

pul cher. Ideo si pul cher ut ille te am&. Tu autē
totam intentionem tuā in illū dirige ad illum cur
re. Tuus amplexus p&e. ab illo tunc discedere ut sit
te timor castus p̄manens in sc̄m s̄c̄i. Nos diligimus
quia ipse dilex̄ nos. Siquis dixerit diligo d̄m. quē d̄m
quare diligimus. Quia ipse prior dilexit nos & do
navit nobis diligere. Dilexit impios ut facer̄ p̄
os. dilex̄ iniustos ut facer̄ iustos. Dilexit egros
ut facer̄ sanos. Ergo & nos diligimus quia ipse prior
dilexit nos. Interroga unum quēq; dicat tibi si dili
git d̄m. Clamat confitētur diligo ipse sc̄it. EST ali
ud unde interrogetur. Siquis dixerit inquit dili
go d̄m & fratrem suū odit mendax est. Audi quoniam
non diligit fratrem suum quem videt. d̄m quē non
videt quomodo potest diligere. quid ergo quid diligit
fratrem diligit d̄m. Necessē est ut diligit d̄m. Necessē
est ut diligit ipsā dilēctionem. Numquid potest
diligere fratrem. & non diligit dilēctionem. Necessē
est ut diligit & dilēctionem. Quid ergo quia diligit
dilēctionem. Ideo diligit d̄m. Utriq; ideo diligendo
dilēctionem d̄m diligit. dilige ergo fratrem & securus

esto. Non potest dicere diligo fratrem sed non diligo
 dñm. quomodo mentiris. si dicas diligo dñm quando ñ
 diligit fratrem. Sic falleris si quando dicis diligo fratrem
 Pater quia non diligit dñm. Necessse est qui diligit fra-
 trem diligat ipsam dil&tionem. Dil&tio autem
 dñi est. Necessse est ergo ut diligat dñm quis qui diligit
 fratrem. Si autem non diligit fratrem quem uidet dñm que
 non uidet quomodo potest diligere. Quare non uid&
 dñm quia non hab& ipsam dil&tionem. Ideo ñ uid& dñm
 quia ñ hab& ipsam dil&tionem. Ideo non hab& dil&tio-
 nem quia non diligit fratrem. Propterea ergo non
 uid& dñm quia non hab& dil&tionem. Nā si habeat di-
 l&tionem dñm uid&. Quia dñs dil&tio est. & purgatur
 oculus ille magis magis dil&tionem ut uideat illā inco-
 mutabilem substantiam. cuius presentia semp gaudeat
 quap fruatur in a&ernum comunctus angelis. Sed
 currit modo. Ut aliquando in patria l&etur. ñam &
 peregrinatio nem. Non am& uiam totū amarum
 sit p&ter illum qui uocat quousq; inhereamus illo &
 dicamus quod dictum est in psalmo. Perdidisti om-
 nē qui fornicat abste. & quis sum qui fornicantur

quidiscedunt & amant mundum. Tuū quidsequitur
& dicit. Mihi aū inherere dō bonum est. Totum bonum
meum inherere dō est gratis. Nam si interroget & di
cas quare inheres dō. & dicat ut donet mihi. Quid tibi
donet caelum ipse fecit. terrā ipse fecit quid tibi dona
turus est. Iam heres illi inueni melius & donat tibi qui
enī non diligit fratrē suū quē uidet dñm quem non uidet
quomodo potest diligere. & hoc mandatum habemus ab
ipso. ut quid diligit fratrē diligit & dñm. Magnifice dice
bas diligo dñm. & odit fratrē. Omicida quomodo dili
git dñm. Non audisti superius in ipsa epistola. qui
odit fratrē suū omicida est. sed prorsus diligo dñm. quā
uis oderim fratrē meū. Prorsus nō diligit dñm si odisti fratrē
& modo p̄bo alio documento. Ipse dixit dedit nobis p̄
ceptum ut diligamus inuicem. quomodo diligit eū cuius
odisti p̄ceptum. Quis est quid dicit diligo imperatorem
sed odi leges eius. In hoc intellegit imperator si dili
git eū si obseruentur leges eius p̄prouentur. Lex impe
ratoris que est. mandatum nouum do uobis ut uos
in uicem diligatis. Dicit ergo te diligere xpm seruā
mandata eius & fratrem dilige. Si aū fratrem non

diligis quomodo eum diligis cuius mandatū contem-
 nis. Intrares ego non facior loquendo de caritate in nomi-
 ne xpi. Quantum & uos habetis huius rei auariciam
 Tantum speramus quia crescit in uobis ipsa & foras mit-
 tit timorem. Ut remaneat ille timor castus p̄manens
 in seculum seculi. toleremus mundum toleremus tribu-
 lationes ipsius. toleremus scandala temptationum.
 Non recedamus a uia. teneamus unitatem & clesiae
 teneamus xpm̄. teneamus caritatem. Non deuellamur
 a membris sponse ipsius. Non deuellamur a fide ut glo-
 riemur in presentia ipsius. & securi manebimus in eo.
 modo p̄ fidem. Tunc p̄ speciem cuius tantas arras habe-
 mus donum sp̄s sc̄i. **EXPLICIT OMFLIA VIII.**
INCIPIT. X. **AB IO QVOD AIT OMNIS QVIERE**
DIT QVOD IHS SIT XPS VSQ. AD HAEC IST ENIM
DILICTIO D̄I VT PR̄CEPTA HIS SERUEMVS.
Meminisse uos credo qui ad fustis haec est nodie
 ad quem locum in progressu huius epistulae
 puenerit nostra tractatio. Idest qui non diligit fra-
 trem suum quem uidet. d̄m̄ quem non uidet & quomo-
 do potest diligere. & hoc mandatum habemus ex ipso

ut quid diligit dñm diligit & fratrem suum. Huc usque
disputatum erat. Quae secuntur ergo ex ordine uidea-
mus. Omnis qui credit qđ ih̄s sit xp̄s ex dōnatus est
Quis est qui non credit qđ ih̄s sit xp̄s quin sic uiuit
quomodo precipit xp̄s. multienim dicitur credo. sed
fides sine operib; non saluat. Opus autē fide ipsa di-
lectio est. dicitur paulo apostolo & fides quae dilec-
tionem operatur. opera quidem tua preterea ante
quam crederes. Vel nulla erant uel si bona uidebant̄
inania erant. Si enim nulla erant. sic eras quasi ho-
mo sine pedibus. Aut uexatis pedibus ambulare non
ualens. Si autē bona uidebantur antequam crederes
currebas quidem sed preter uiam currendo. errabas
pocius quā pueniebas. EST ergo nobis & currendū &
in uia currendū. qui preter uia currit inaniter currit.
Immo ad laborem currit. Tanto plus erit quanto p̄ter
uia currit. Quis est uia p̄ qua currimus. xp̄s dixit
ego sum uia. quae patria quo currimus. xp̄s dixit ego sum
ueritas. Per illū curris ad illū curris. in ipso requiescis.
Sed ut curremus p̄ illum. extendit se usq; ad nos.
Longe enī eramus & longe peregrinabamur. Parum

est quia longe peregrinabamur. & languidi mo-
 uere nos non poteramus. Medicus uenit ad egros
 Via porro & ta est ad peregrinos. Sal uemur ab ipso
 ambulemus ipsam. hoc est credere quia ih̄s xp̄s est
 quomodo credunt xp̄iani quia non solum nomine xp̄ia-
 ni sunt. sed & factis & uita. Non quomodo credunt
 daemones. Nam & daemones credunt & contre-
 mes cunt. Sic dixit scriptura quid potuerint
 plus credere daemones quā ut dicerent scimus quia si
 filius di. quod dixerunt daemones. hoc dixit & p̄rus
 cum dñs querere & quis esse & quē illum dicerent homi-
 nes. Responderunt illi discipuli. Alii dicunt te ioh̄
 pab̄tistam. Alii eliam. Alii hieremiam aut uirū ex
 p̄ph̄tis. & ille. Vos autē quem medicatis eē. Re-
 spondit p̄rus & ait. Tu es xp̄s filius di uui. & audit
 ad nō. beatus es simon bariona quia non reuelabit
 tibi caro & sanguis sed pater m̄s qui in caelis est. Videte
 quae uideri p̄sequamur hanc fidem. Tu es p̄rus
 & sup̄ hanc p̄rā edificabo & desciā meam. Sup̄
 hanc fidem. sup̄ id qd̄ dictum est. tu es filius di uui
 Sup̄ hanc p̄ram inquit fundabo & desciā meam.

Magna laus. Ergo dicit p̄rus. Tu es x̄p̄s filius di
uiui. dicunt & demones scimus quis es filius di s̄r̄ di
hoc p̄rus hoc & demones. eadem uerba non dem
animus. & unde constat quia p̄rus hoc cum dil&ctio
ne dicebat. quia fides xp̄iana cū dil&ctione est. dae
mones sine dil&ctione. Quomodo sine dil&ctione hoc
dicebat p̄rus ut xp̄m amplecter&ur. hoc dicebant
daemones ut xp̄s ab eis receder&. Namque antequā
dicerent. scimus quis es tu es filius di. Quid nob̄ & tibi
est dixerunt. Quid uenisti ante tempus p̄dere nos. Aliud
est ergo confiteri xp̄m ut teneas xp̄m. Aliud confiteri
xp̄m ut repellas a te xp̄m. Ergo uid&is quia quomodo hic
dicit qui credit p̄pria quaedam fides est. n̄ quomodo cū
multis. Itaq; fratres nemo her&ticorum dicat uobis &
nos credimus. Ideo enī de demonibus exemplū p̄posui.
Negateatis ad uerba credentiū. sed explore&is facta
uuentiū. Videamus ergo quid est credere in xp̄m. quid
credere quia ih̄s ipse est xp̄s. sequitur. Omnis qui credit
q̄d ih̄s sit xp̄s ex dō natus est. Sed quid est credere illud
& omnis qui diligit qui genuit eum diligit eū qui genuit
est ab ipso. Statim fidei coniunxit dil&ctionem. quia

sine dilectione fides inanis est. cum dilectione fides
 xp̄iani. Sine dilectione fides demonis. quia
 non credunt peiores sunt quam demones
 & tardiores quam demones. Nescio quis non uult
 credere in xp̄m. Adhuc n̄ demones imitatur. iam
 credit in xp̄m sed odit xp̄m. habet confessionem fidei
 in timore poene. non in amore coronae. nam & ille
 puniri timebant. Adde huic dilectionem ut fiat fides
 qualem dicit apostolus paulus. Fides que per dilectionem
 operatur. Inuenisti xp̄ianū inuenisti ciuē hierusalem
 Inuenisti ciuē angelorū. inuenisti in uia suspirantem
 peregrinū. Adiunge te illi. comes tuus est curre cū illo.
 Si tu amen & tu hoc es. omnis qui diligit qui genuit eum
 diligit eum qui genitus est ab ipso. Quis genuit. pater
 quis est genitus filius. Quid ergo ait. omnis qui diligit
 patrem diligit filium. In hoc cognoscimus quia diligimus
 filios dei. Quid est hoc fr̄. paulo ante de filio dei dicebat
 non de filio dei. & ecce unus positus est xp̄s contemplan-
 dus nobis & dictū est nobis. Omnis qui credit quod
 ih̄s sit xp̄s ex deo natus est. & omnis qui diligit qui ge-
 nuit eum. id est patrem diligit eū qui genitus est ex ipso

Id est filium dñi nr̄i ih̄m xp̄m . & sequitur . In hoc cog
nosceimus quia diligimus filios dī . Quasi dicitur
rus esse . In hoc cognoscimus quia diligimus
filium dī . filios dī dixit . qui filium dī paulo antedi
cebat quia filius dī corpus sunt unici filii dī . & cum ille
caput nos membra unus est filius dī . Ergo qui diligit
filios dī filium dī diligit & qui diligit filium dī patrem
diligit . Nō potest quisquam diligere patrem nisi
diligit filium . & qui diligit filium diligit filios dī
quos filios dī membra filii dī . & diligendo fit & ipse
membrum & fit p̄ dilectionem in compage corporis xp̄i
& erit unus xp̄s amans seipsum . Cum se enim invicem
amant membra corpus se amat . & si patitur unum
membrum compatitur om̄a membra . & si gloria
tur unum membrum . Congaudent omnia membra
& quid secutus ait . Vos autē estis corpus xp̄i & membra
Dicebat paulo ante de dilectione frater na ait . qui
diligit fratrem quem videt dñm quem non videt & quo
modo potest diligere . Si autē diligis fratrem . forte
fratrem diligis & xp̄m non diligis quomodo quan
do m̄bra^{xpi} diligis . Cum ergo membra xp̄i diligis xp̄m

diligis . cum ergo xpm diligis filium di diligis . cū
 filium di diligis & patrem diligis . Non potest ergo
 separari dilectio . Elige tibi quid diligas . Secuntur
 te cetera . dicas dñs solum diligo . dñm patrem mentiris
 Si diligis non solum diligis . sed diligis patrem diligis & fi
 lium . Ecce inquit diligo patrem & diligo filium . sed hoc
 solum patrem dñm & filiū dñm & dñm nr̄m ih̄m xpm . qui
 ascendit in caelos & sedet ad dexteram patris illud uer
 bum p̄ quod facta sunt omnia . & uerbum caro factū est
 & habitabit in nobis . hoc solum diligo . mentiris si enim
 diligis caput diligis & membra . Si autē membra non di
 ligis nec caput diligis . Non expauescis uocem captis
 de celo clamantem pro membris . Saule saule quid me
 p̄sequeris . Persecutorem suū uocauit . p̄secutorem mem
 brorum suorum . dilectore suū uocauit dilectore mem
 brorum suorū . lamque sunt membra eius . Nostis fratres
 ipsa est & clesia di . In hoc cognoscimus quia diligimus
 filios di . quia dñm diligimus . & quomodo non aliud sunt
 filii di aliud dñs . Sed quid dñm diligit p̄cepta eius diligit .
 & que sunt precepta di . Mandatum nouū dō uobis ut uos
 inuicem diligatis . Nemo se excuset & paliam dilectio

nem. ad aliam dil&tionem. Omnino sic se ten& ista
dil&ctio. quomodo ipsa compagi nata est in unum. Sic om̄s
qui ex illa pendent unum facit & quasi conflatur illos ignis.
Aurū est conflatur massa & fit unum aliquid. Sed nisi fer-
uor caritatis accendat ex multis in unum conflare n̄ potest
Quia d̄m diligimus ind. cognoscimus quia diligimus filios d̄i
& unde cognoscimus quia diligimus filios d̄i. quia d̄m
diligimus & p̄cepta eius facimus. Suspiramus hic ex dif-
ficultate faciendi p̄ceptum d̄i. Audi quid sequatur
homo qui laborat amando auaritiā. cum labore amatur q̄d
amat. Sine labore amator d̄i. Auaritia iussura est labo-
res. Pericula trituras tribulationes & obtemperatur
es. Quo fine ut habeas unde impleas arcam. P̄das securi-
tatem. Securius forte eras antequā haberes quā canhu-
bere coepisti. & ce quid tibi iussit auaritia. Imple stido-
mum timentur latrones. Adquisiti aurū p̄didisti s̄mū. &
quid tibi iussit auaritia fac & fecisti. Quid tibi iub& d̄i
diligeme. Aurū diligis. quesiturus es aurū & forte n̄ inuen-
turus. Quisquis me querit cū illo sū. amaturus es honorem
& forte n̄ p̄uenturus. Quis me amauit & n̄ ad me p̄uenit. Di-
cat tibi d̄i. patronū ius facere aut amicū potentē ambisq̄

alium inferiorem. me ama dicit tibi dñ. Non ad me
 ambitur paliquem. Ipse amor tibi presentem me facit. Quid
 dulcius dilectione ista fr̄. non sine causa modo audistis
 in psalmo fr̄. Narrauerunt mihi iniusti delectatio
 nes. Sed non sicut leticia dñe. que est lex dñi mandatū
 dñi. quod est mandatum dñi. nouum illud mandatum.
 quod ideo nouū dicitur quia innouat. Mandatū nouum
 do uobis ut uos inuicem diligatis. Audi quia ipsa est
 lex dñi. A postolus dicit. In uicem omnia uestra portate
 & sic implebitis legem xpi. Ipsa est consummatio om
 nium operum nrorum dilectio ibi est finis. Propter hoc
 currimus ad ipsam currimus. Cum ueniremus requies
 cimus. Audistis in psalmo. Omnis consummationis uidi
 finem. Quid uiderat istae. Putamus ascenderit in uerti
 cem alicuius altissimi montis & acutissimi. & spexerat
 & uiderat ambitum terrae & circulos orbis uniuersae.
 & ideo dixit. omnis consummationis uidi finem. Si hoc
 laudabile oculos carnis queramus ad nō. Tā acutos ut
 aliquē excel sissimū montem qui est in terra requiramus
 De cuius cacumine uideamus. Omnis consummationis uidi
 finem. Noli ire longe & cede tibi. ascende in montē

& uide finem xpm̄. Mons est ueni ad xpm̄. Vides inde
finem omnis consummationis. Quis est iste finis. Paulū
interroga. Finis autē precepti est caritas de corde puro
& conscientia bona & fide non ficta. Alio loco plenitudo
autem legis caritas. Quid tam finitum & terminatū
quam plenitudo. & enim fr̄ finem poni laudabiliter
Nolite putare consumptionem. sed consummationē
Aliter enim dicitur finis panem. Aliter dicitur finis tunicam
necan. Finis panem manducando. Finis tunicam
texendo. & ibi finis sonat. & illic finis sonat. Sed tam
panis finitur ut consummatur. Tunica finitur ut con
sumitur. Panis finitur ut non sit. Tunica finitur
ut p̄f̄ & t̄ sit. Ergo sic audite finem. & quando legitur
psalmus & auditis in finem psalmus d̄. Assidue au
ditis hoc in psalmis & debetis nosse quod auditis. Quid
est in finem. finis enim legis est xps̄ ad iusticiā omnino
denti. & quid est finis xps̄ qui xps̄ d̄. & finis pre
cepti caritas & d̄ caritas. quia & p̄s̄ & filius & sp̄s̄ sc̄s̄
unū sunt. ibi tibi finis est. Alibi uia est. Nolite herere
in uia & n̄ puenire ad finē. Ad quic quid aliud uenitis
Transi usque quo puenias ad finē. quis est finis mibi

aū adherere dō bonum est. Adhesisti dō finisti uū
 pmanebis in patria. Intendite pecuniā aliquis que
 rit. Non sibi finis. transi tāquā peregrin. quere ubi
 transigas n̄ ubi remaneas. Si aū amas pauaritiā in plica
 tuses. Frit tibi auaritia catena pedū. Ultra p̄gredi n̄ poter.
 Transi ergo & hoc quere finem. Salutē corporis queris.
 Adhuc nolibi remanere. Que est enī ista salus corporis que
 morte p̄imitur. quae egritudine debilitatur. Friuola
 mortalis fluxa. quere illum. Ne impediatur forte morbida
 ualitudo. operatiua bona. Ergo non est ibi finis quia
 p̄t̄ aliud queritur. Quicquid propt̄ aliud queritur.
 n̄ est ibi finis. Quicquid propter se & gratis queritur ibi est
 finis. queres honoris forte ad aliquid agendū. Queris ut
 peragas aliquid ut placeas dō. Noli ipsum honorem
 amare ne ubi remaneas. Queris laudem. Si dō queris
 benefacis. Si tuā queris malefacis. Remanes in uia sed
 amaris & tu. Laudaris & tu. Noli gratulari quando
 in te laudaris. Laudare in dño ut canentes in dño. Laudabit̄
 anima mea. Sermonem aliquē bonum dicis. & lau
 dabitur sermo tuus. Non laudatur quasi tuus. non ē
 ibi finis. sibi ponis finē finiris. Sed non finiris quasi

pficiaris. sed finis ut consummaris. Ergo non laudatur
sermone tuus. quasi abste quasit tuus. Sed quomodo laudatur
quomodo dicit psalmus. In deo laudabo sermone. in deo
laudabo uerbum. Ex hoc fit ut fiat in te quod sequitur. In
deum speraui non timebo quid faciat mihi homo. Quan
do enim omnia tua laudantur. non timebitur ne pereat
laus tua quia non deficit deus. Ergo transi ad ipsam. Vide
te fit quanta transimus in quibus non est finis. hic utimur
quasi in uia quasi in mansionibus stabulorum reficimur
& transimus. Vbi ergo finis dilectissimi filii dilectissimi
& nondum aparuit quod erimus. hic dictum est in hac epi
stola. Adhuc ergo in uia sumus. Adhuc quocumque ueni
remus transire debemus usquequo pueniamus ad aliam
quam finem. Scimus quia cum aparuerit similes erim
mus quomodo uidebimus eum sicuti est. Iste finis ibi per
petua laudatio ibi semper alleluia sine defectu. Ergo
ipsum finem dixit in psalmo. Omnis consummatio
nis uidi finem. & quasi dixerunt illi. quis est finis
quem uidisti. latum mandatum tuum ualde. Ipse
est finis latitudo mandati. Latitudo mandati cari
tas est. quia ubi caritas non sunt angustiae. In ipsa

latitudine erat apostolus cum diceret. Omne nostrum patet
 ad uos corinthu. Cor nostrum dilatatum est. non angustam
 ni in uobis. Ideo ergo latum mandatum tuum ualde. quod
 est latum mandatum. mandatum nouum do uobis ut uos
 in uicem diligatis. Caritas ergo non angustatur. Vis
 non angustari in terra in lato habita. Quid quidem tibi fece
 rit homo non te angustat. quia illud diligis quod non
 nocet homo. deum diligis. fraternitatem diligis legem
 dei diligis & deum diligis sempiterna erit. Laboris
 in terra. sed peruenies ad fructum promissum. quis tibi
 tollit quod diligis. Si nemo tibi tollit quod diligis.
 Securus dormis in ino securus uigilas. Ne dormiendo
 perdas quod diligis. Non enim frustradictum est.
 Inluminat oculos meos ne quando obdormiam in mor
 tem. Qui cludunt oculos contra caritatem. obdor
 mis cum in concupiscentis delectationum carnalium.
 Et uigila ergo de delectationes enim sunt manducare
 bibere luxuriari. ludere uenari. Pompas istas uanas
 omnia mala secuntur. Numquid nescimus quia de
 delectationes sunt quis negat quia delectant. Sed plus
 diligitur lex dei. clama contra tales suasores. Nar

ruerunt mihi iniusti delationes. sed non sicut lex tua
dñe. Ista delatio manet. Non solum manet quoue
nias sed & iam reuocat fugientem. haec est eni dilatio
di ut p̄cepta eius seruemus. Iam audistis in his duobus
preceptis tota lex pendet & prophete. Quomodo noluit
te diuidere p̄ multas paginas. In his duobus preceptis tota
lex pendet & prophete. In quibus duobus p̄ceptis. diliges dñm
dñm tuum ex toto corde tuo & ex tota animata tua & ex tota
mentetua. & diliges proximū tuū tamquā te ipsū. in his du
obus p̄ceptis tota lex pendet & prophete. & ecce de quibus
preceptis narrat tota ista epistula. Tenet ergo dilatio
nem & securi estote. quid times ne male facias alicui.
Quid male facit ei quē diligit. diligi non potest fieri
nisi bene facias. Sed forte corripis. Amor hoc facit non
seuicia. sed forte caedis. ad disciplinam facis quia
amor ipsius dilationis. Non te p̄mittit negligere
indisciplinatum. & fit quādammodo quasi diuersus
fructus & contrarius. Ut aliquando odium blandi
atur & caritas seuiat. Nescio quis odit inimicum
suum & fingit illi amicitia. Videt illum facere ali
quid mali. laudat. uult eū eē precipitem. uult eū eē

ire parupta cupiditatum suarum. Vnde forte n̄ re
 deat. laudat. qm̄ laudatur p̄ccator in desideris
 anime sue. Adhibet illi unctionem adulationis
 sue. & ce odit & laudat. alter uidet amicum suū
 tale aliquid facere reuocat. S. illum non audiat
 profert uerba & iā castigationis. Obiurgat liti
 gat. Aliquando uenitur ad hanc necessitatem ut li
 tigat. & ce odiū blanditur & caritas litigat. Noli ad
 tendere uerba blandientis. & quasi se ueritatem obiurgantis
 Venam inspicere radicem unde procedant querere ille blan
 ditur ut decipiat. Istae litigat ut corrigat. Ergo n̄ opus
 est fr̄ ut p̄ nos distendatur cor uestrum. Imperate adō
 ut diligatis inuicem. Omnes homines & tam inimicos
 ur̄s diligatis. Non quia fratres sunt sed ut fr̄s sint.
 ut s̄p̄ fraterno amore flagretis. siue in fratre fac
 tum. siue inimicū ut frater fiat diligendo. ubi cūq;
 fratrem diligitis amicū diligitis. Lam tecū est iā in
 unitate & iam catholicatibi coniunctus est. Si bene
 uis fratrem diligis factū ex inimico. Sed diligis
 aliquem qui nondum credidit xp̄o. Aut si credidit
 xp̄o ut demones credit. Rep̄hendit unitatem

ipsius. Tu dilige & fraterno amore dilige. Nondū
est frater. Sed ideo diligit ut sit frater. Ergo tota dilā
tio nr̄a fraterna est erga xp̄ianos. Ergo omnia membra ei
(caritatis) disciplina fr̄ mei. Robor. Floret. Fructus. pulchri
tudo. Amoenitas pastus. putus cibus amplexos
sine facie & ate est. Si sic nos delectat peregrinū. In patria
quomodo gaudebimus. Curramus ergo fr̄ mei curramus
& diligamus xp̄m. Quē xp̄m. ih̄m xp̄m. quis est iste.
uerbū dī. & quomodo uenit ad egrotos. Verbū carofu
tū est & habitabit in nobis. Complētum est ergo quod serip
tura p̄dixit. Oportebat xp̄m pati & resurgere tertia die
a mortuis. Corpus ipsius ab iacē membra ipsius abla
borant. Vbi eē debet ut sup capite sis. & predicare in nomi
ne eius poenitentiam. & remissionem p̄ccatorū p̄ omnes
gentes. Incipientib: ab hierusalem. ibi dī funditur cari
tas tu adicit xp̄s. Vel psalmus id est sp̄s dī. latū mandātū
tuū ualde. & nescio quis ponit in africa fines caritatis
Ex tende caritatem p̄ totum orbem. Si uis xp̄m amare
quia membra xp̄i p̄ orbem iacent. Si a mas partem diui
sus es. Si diuisus es in corpore non es. Si in corpore non
es sub capite n̄ es. Quid prodest qui credit & blasphe

mas. Adoras illū in capite blasphemias incorpo
 re. Amat ille corpus suum. Si tute precidisti a cor
 pore ipsius. Caput non se precidit a corpore suo. Sine
 causa me honoras clamat tibi caput de sup. Sine cau
 sa me honoras tamquā si uelit tibi aliquid osculari ca
 put. & calcare tibi pedes. Forte caligis clauatis contere
 rē & pedestuos. uolens tibi tenere caput & osculari. Non
 ne inter uerba honorantis clamares & diceres. Quid fa
 cis homo calcas me. non diceres calcas caput meū. quia
 caput honorabat. Sed plus clamarē caput pro membris
 calcatis quā pro se quia honorabatur. Nonne clamat
 ipsū caput. Nolo honorem tuū calcare me. Noli uā
 tudie si potes quare te calcari dic illud capiti te osculari
 uolui amplecti uolui. Sed non uides ostulte quia quod
 uis amplecti. Per quandam compagem unitatis per
 uenit ad id quod calcas. Sursū me honoras. iusū me
 calcas. Plus dolē quod calcas quā quod gaudē quod
 honoras. Quia & quod honoras dolē pro eis. quos calcas
 quomodo clamat lingua dolē mihi non dicit dolē
 pedibus. Sed dolē mihi dicit. O lingua quis te tetigit
 quis percussit. quis sti mulauit. quis papungit. nemo.

Sed coniuncta sum eis qui calcantur. Quomodo
uis non doleam. quando non sum separata. Omnis in
ih̄s x̄p̄s. ideo ascendens in caelum de quadragesimo
commendavit corpus suum. quia habebat iacere
Quia uidit multos honoraturasse. Quia ascen
dit in caelum & uidit quia honor ipsorum in utilis
est. Si concalcant membra ipsius in terra & ne quis
errare &. & cum adorat caput in caelo calcantur pe
des in terra. Dixit ubi essent membra ipsius. ascen
surus enim dixit uerba nouissima. Post ipsa uerba
n̄ est locutus in terra & discessit. Iam non in ueni
loqui x̄p̄m in terra. Inuenis illum loqui se de celo
& de ipso caelo quare. quia membra calcabantur
in terra. Persecutori enī saulo dixit de sup̄. Saule
saule quid me persequeris. Ascende in caelū. sed ad
huc in terra iaceo. Hic addexteron patris sedeo.
ibi adhuc esurio & sitio peregrinus sum. Quomodo
ergo corpus commendavit in terra ascendens.
cum interrogarent illū discipuli. Dñe si hoc in tē
pore p̄sentaberis & quando regnū isit? Respon
dit iturus. non est uesterū scire tempus q̄ p̄t

posuit in sua potestate. Sed accipite uirtutem
 sc̄i sup̄uenientem in uos & eritis mihi testes. Videte
 quadi fundat corpus suum. Videte ubi se calcari non
 uult. Eritis mihi testes in hierusalem & in totam iudeā
 & samariam. & usque in totam terram. & ecce qua
 iaceo quia sc̄endo. Ascendo enī quia caput sum. Iac̄
 & adhuc corpus meū quia iac̄ & pro totam terram
 caue ne percitas. caue ne uiolēs. caue ne calces. No
 uissima uerba xp̄i sunt isti ituri in caelum. Conside
 re in se ueritate in lecto languentem. in lecto hominem in domo
 sua iacentem & maceratum aegritudine proximū
 morti. Anhelantem. iam animam inter dentes
 habentem. Qui forte sollicitus de aliquare cara
 sibi quam multum diligit. Veniat illi in mentē
 & uocet heredes suos & dicat. Rogo uos facite
 hoc. Teneat quodammodo uolenter animam ne
 ante exeat quā illa uerba firmentur. Cum illa
 nouissima uerba dictauerint. efflat animam
 tollitur cadauer in sepulcro heredes ipsius quo
 modo meminerunt nouissima uerba morientis
 quo modo si quis existat quid dicat eis. nolite

facere. quid illi ergo dicant. Ergo non facio quod mihi
pater meus efflans animam nouissime mandauit quod ul ti
mum sonuit in aures meas. Proficis cente hinc patri meo
quaeris alia uerba ipsius aliter possum habere. Nouissi
ma uerba me plus tenent. Non eum uidi amplius. Non au
diui loquentem. Fratres cogitate uisceribus christiani. Si he
redibus tam sunt dulcia tam grata tam magni ponderis uer
ba. Ituri in sepulcrum. heredibus christi qualia debent esse
uerba nouissima. Non reditur in sepulcrum sed ascendit
in caelum. Namque ille qui uixit & mortuus est. rapi
tur ad alia loca anima ipsius. corpus ipsius ponitur in terra
An fiant illa uerba an non fiant. Non ademptum & tam
aliud agit. aut aliter patitur. Aut in sinu abrahe gaudet
Aut in igne &erno aque modicum desiderat. In sepulcro
aut ipsius iacet cadauer sine sensu. & custodiunt uerba no
uissima morientis. Quid sibi sperant illi qui uerba nouis
sima sedentis in caelo non custodiunt. Vidente de super
an contemnantur illius qui dixit. saule saule quid
me persequeris. Qui seruat ad iudicium quid quid uidet
pati membra sua. & quid nos fecimus inquit. Nos
sumus passi persecutionem non fecimus uos fecistis. Omnia

primo quia diuisistis & ecclesiam. Maior est machera lingue
 quam ferri. Supba fuit ancilla sarre agar. & adflicta
 est ad domina sua propter supbiam. Disciplina erit illa
 non poena. Ad deo cum recessisset ad domina sua. Quid ei dixit
 angelus. Reuertere ad domina tuam. Sic ergo carna
 lis anima tanquam ancilla supba. Si forte aliquas moles
 tias passa es propter disciplinā. Quid insanis. redi ad do
 mi nam tuam. tene dominicam pacem. & ecce proferuntur
 euangelia. Legimus quod difunditur & ecclesia. disputatur
 contra & dicitur nobis traditores. Cuius rei traditores?
 Xps commendat & ecclesiam suam & non credis. Ego tibi
 crediturus sum maledicenti parentibus meis. Vis ut credā
 tibi de traditoribus. Crede tu prius xpo. quid est dignum
 xps dr̄ est. tu homo es cui prius debet & credi. Xps & ecclesia
 suam toto orbe difundit. Ego dico contemne euangelium
 loquitur. Caue quid dicit euangelium. Oportebat
 xpm pati & resurgere die tertia. & predicari in nomine
 eius poenitentia. & remissionem peccatorum. Vbi remis
 sio peccatorum & ecclesia est. Quomodo & ecclesia. illi eni
 dictum est. Tibi dabo claves regni caelorum. & quae
 solueris in terra soluta erunt & in caelis. & quae ligaueris

in terra ligata erunt & in celis. Quod si funditur ista re-
missio peccatorum. Per omnes gentes incipiens ab hieru-
salem. & ce cred xpo sed quia intellegis si credideris
xpo. Non te habere quod dicas d & traditoribus. tibi
uis ut credam & parentib; meis maledicenti quatu
credas xpo predicanti. AMEN

EXPLICIUNT OMNIA SANCTI AVGVSTINI
IN NUMERIS . X.